



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vir Apostolicvs seu Vita Et Virtvtes R.P. Alberti  
Chanowsky è Societate Iesu in Provincia Boëmiae**

Tanner, Jan

Coloniæ Agrippinæ, 1660

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50633)

: miserere nr̄i.

durit Ite: osten,

ribus Et factū


est hūc **B**onus

vidit q̄ mūdū


ū magis voce


Et cecidit ī san


M. 2563.




K  
1  
33











VIR APOSTOLICVS

*Seu*

VITA ET VIRTUTES

R. P. ALBERTI

CHANOVVSKY

è Societate Iesu.

in Provincia Boëmiæ

AUTHORE P. IOANNE TAN

NER ejusdem Societatis &

Provinciae

*Collegij Soc. h. Iesu*


*Paderborna*




COLONIAE Agrippinae M. DC. LX.


Sumptibus NICOLAI HOSING

Bibliopolæ Pragensis








coll. soc. Iesv Paderb. 166,





 V.P. ALBERT, CHA.  
NOWSKY Societatis IESV. 



Protestatio Authoris.

3



*Enevole Lector, rogatum te ve-  
lim, ut quod omnium maximè  
cupio, id advertas, me unicè cu-  
pere vivere et mori filium obedi-  
entissimum S. Romanae Ecclesiae Sponsae Dei, a-  
deoq; cum hoc libro multa contineantur, quae  
Sanctitatem P: ALBERTO CHANOW S.  
KR, aut aliis adscribere videantur, cum item  
quaedam hic referantur, quae vires natura su-  
perent, ea sic volo intelligi, et sic intelligo, ut  
nolim ab ullo accipi, tanquam ab Apostoli-  
ca Sede examinata, sed tanquam quae à sola  
suorum Autorum Fide privata pondus obti-  
neant, atq; adeo non aliter quam humanam  
historiam.*

*Proinde Apostolicum S. Congregationis S.  
R. et universalis Inquisitionis Decretum an-  
no 1625. editum, et anno 1634. confirma-  
tum integre, atq; inviolatè iuxta Declaratio-  
nem eiusdem Decreti à S. DN Urbano Papa  
VII. anno 1651 factam servari à me omnes  
intelligant, nec velle me, vel cultum vel vene-  
rationem aliquam per has meas narrationes  
vlli arrogare, vel famam aut opinionem San-  
ctitatis inducere seu arrogare, vel quidquam*

A 2

eius



eius existimationi adiungere; ullumq; gradum  
facere ad futuram aliquando illius Beatifi-  
cationem vel Canonizationem, aut miracu-  
li comprobationem, sed omnia in eo statu à  
me relinqui, quem seclusâ hac meâ lucubra-  
tione obtinerent, non obstante quocunq; lon-  
gissimi temporis decursu. Hæc sanctissime  
profiteor, utpote qui S. Romane Apostolica  
Sedis obedientissimus Filius haberi &  
ab ea, in omni scriptione & actione  
dirigi semper velim & ex-  
optem.

PROCE-

Procemium



Onstans, & mira virtutum  
Patris Alberti Chanovvsky  
fama effecit, ut Societatis  
IESU in Provincia Boëmiæ  
superiorum voluntate in ge-  
sta eius sit inquisitū accuratè, idq; præsertim  
per districtum Prachensem in Regno Boëmiæ  
ubi videlicet campus fuit præcipuus Aposto-  
licorum dicti Patris laborum, & vita cum  
opinionè Sanctitatis transactæ. Præstitum  
id est non parvâ diligentia, & deprehensa  
sunt ea, quæ deinceps fideliter, & sincerè  
exponentur: nihilque afferetur, quod non à  
Personis Ecclesiasticis, vel Illustrissimis, Per-  
illustribus, Nobilibus, eruditis, maturis, hone-  
stis viris ac feminis, omnibus bonæ famæ ac  
talibus, qui in sua patria & domicilio haben-  
tur pro fide dignis, plerisque omnibus ocula-  
tis gestorum istorum testibus, quibusdam  
etiam ei à confessionibus, multis ei familiari-  
tate, multis Sanguine junctis fuerit confir-  
matum, ita ut vix quidquam ex narrandis  
futurum sit, quod non vel senatus aliquis, vel  
tota quæpiam oppidi, aut Aula, aut pagi  
communitas, vel saltem homines plures  
in locis diversis testati sint, aut saltem

6  
quod non sit ex proprijs P. Alberti manu-  
scriptis excerptum; prout adhibita diligentia  
& praestita in hoc sincera fidelitatis testis  
nobis est conscientia in Domino.

Fieri tamen non potuit quin innumera  
praclarissimarum eius virtutum exempla  
penitus interciderint, quia nimis serò de vita  
eius est inquisitum: postquam scilicet pluri-  
mi, quibus is erat usu & consuetudine ma-  
gis cognitus jã vitã functi; sũt inter quos ple-  
rique ei Sanguine propinquiore. Sed ne  
adolescencia eius, etatisque in Societate pri-  
mis annis acta memoria superest, cum ne-  
mo temporum illorum amplius meminerit,  
ut propterea hisce viginti circiter annorum  
vitae eius postremorum fragmentis contentos  
esse oporteat, quibus in Collegijs, & conspe-  
ctu Societatis nostrae fere nunquam vixit, se-  
gregatus à DEO ad perpetuos Missionum  
Apostolicarum labores; quos cum Superio-  
rum assensu obibat solus; adeoque nemo è no-  
stratibus vitæ ac virtutum eius præcipuarum  
potuit esse testis oculatus. Si cui nihilomi-  
nus de hoc seruo DEI amplius aliquid cer-  
tum esset, rogatur humanissimè, indicare id  
& in commune conferre ne gravetur A.M.  
D. G. ad quam & dirigatur labor iste: in  
quo, siquid est per imprudentiam, ac huma-  
nam

nam fragilitatem erratum, sancta charitatis affectu excusare Lector, & humanitate sua abstergere velit.

Nec dubito quin multa nimis minute persequi & nimis particulatim explicare videbor: sed id eo factum est consilio ut gesta P. Alberti imitationi (quae in actionibus particularibus & indiuiduis consistit) redderentur aptissima, atque proximos ad Deum deducendi varia, faciles, & obvia: praxes verbis etiam quam clarissimis explicatae, fierent cuius ad exercendum expedita.

A 4 AD

u-  
ria  
ris  
  
era  
ola  
ita  
ri-  
a-  
le-  
neo  
ri-  
ne-  
rit,  
um  
tos  
pe-  
se-  
um  
io-  
no-  
um  
mi-  
er-  
eid  
.M.  
: in  
na-  
nam

## CAPUT I.

*Natales Patris Alberti Chanovvsky:  
Æ: as prima.*

**D**Er vetus ac prænobilis est in Boëmia Equitum familia, nunc tres in ramos, olim in plures divisa, CHANOVVSKYORVM, CZASTOLARORVM, & DLAVHOVVESKYORVM, qui ut eâdem radice orti, ita idem gentilitium agnomem habent omnes, DE LONGA VILLA; ut & eadem signa gentilitia gerunt pro clypeo, illum videlicet rotundum ligneum umbonem, quo lanceæ posteriori in parte ad ipsam manum circumposito dexter militis humerus & pars pectoris obtegitur: qui umbo cum linguâ Boëmicâ Koravoz appellatur, homines huius prosapiæ in Boëmia per plura secula Kotavezovve fuerunt nuncupati.

Multos stirps hæc dedit viros egregios Boëmiæ, dignitatibus in Republica claros, è quibus nuper *Ioannem Henricum Chanovvsky*, Arcis Raby Dominum Regni Boëmiæ Subcamerarium vidimus, cuius Pa-  
trius

9  
ruus VVolffgangus Doctorali Bononiæ u-  
triusque juris laureâ donatus , Præpositus  
deinde fuit in Boëmia Regio in Carlsteinē-  
fi Arce Sacello Coronæ Boëmiæ cateris-  
que Regni cimeliis servandis à Carolo IV.  
Cæsare erecto. Quo in munere ita virtutes,  
dotesque suas reliquas probavit omnibus,  
vt communibus passim vocibus Archiepi-  
scopi Pragensis sublimem dignitatem ei  
ominarentur : sed mors invida annorum  
triginta & unius florentem ætate abripuit  
anno à partu Virginis 1586.

Alter eiusdem Ioannis Henrici Patruus  
VVolffgangi frater , dictus etiam ipse Io-  
annes Chanovvsky Eques de Longa villa  
hæreditarius. Toparcha in Dozuz , Hra-  
disttê , Teinisttê &c. ex Catharina VVa-  
lovvska de Aussusij 15. genuit liberos.

Inter quos Reverendus P. Albertus no-  
ster octavo loco genitus est anno à partu  
Virgineo 1581. in Svviradice , pago Pa-  
rentibus eius subdito , in Districtu Pra-  
chenfi . qui deinde , vt erat ipse vñtutibus  
ac Deo penitus addictus , ita è fratribus  
suis præcipuè dilexit amore Carolum na-  
tu post se proximū , Toparchā in Dozuz , vt  
quem pietati præ fratribus cateris exper-  
tus est esse addictiorem. Et nunc quidem

dum hæc scribo , è fratribus sororibus-  
 que eius sola Magdalena vidua , quondam  
 Equiti Ioachimo Hubkæ de Czernicz nup-  
 ta , tertiodécimo inter liberos illos lo-  
 co nata etiamnum est superstes. Aviam pa-  
 ternam habuere Marianam ex sanguine  
 Baronum , nunc S. R. I. Comitum Kooz  
 de Dobes. Aviam maternam stirpe V Ven-  
 celianam. Quam P. Alberti genealogiam  
 ea de causa accuratiùs persequor , vt qui-  
 eunq̃ue eum ad se quoquo modo pertinu-  
 isse advertterint, domesticum habeant ad  
 virtutes exemplum & commune cum So-  
 cietate nostra ( tanquam sibi multùm in  
 P. Alberto coniuncta ) in tantis viri huius  
 virtutibus solatium.

Gerulam liberi hi omnes ( duobus tri-  
 busve exceptis ) eandem habuere quan-  
 dam raræ admodum pietatis Ancillam no-  
 mine Margaretam , è pago illo Svviradi-  
 ce oriundam : cuius constantissimus in  
 DEUM & virtutis studium affectus , & a-  
 nimus in oratione indefessus , adèd , vt  
 quicquid ageret , quocunq̃ue incederet,  
 ubicunq̃ue consisteret , tacita semper su-  
 spira fundere , semper orare , quin &  
 grandem quandoque noctis partem , nec  
 Brumæ frigoribus impedita precibus im-  
 pen-

pendere adverteretur, in magnam omnem  
rapiebat sui admirationem & æstimationem.  
Mansitque etiamnum post mortem  
eius vitæ sanctæ odor tantò gratior, quod  
eundem virtutis ac pietatis suæ tenorem  
nunquam interruptum ad sepulcrum usque  
iam propè septugenaria continuavit.

Hæc ergo tantæ probitatis femina, dum  
infantem Albertum curaret, visa est sibi  
in somnio ad ædem S. Michaëli sacram di-  
ctam in Kameyk, pago Dozicensi (quæ  
parentum eius fuerat sedes ordinaria) im-  
minentem cum Albertulo ascendisse, &  
ante aram maximam consistere: cum re-  
pente puerulus ille ex vlnis eius ereptus,  
coelum versus, sub ipsas nubes est altis-  
simè elevatus. Hoc somnium pijsimæ an-  
cillæ oblatum, ut futuræ P. Alberti San-  
ctitatis divinitus datum præsagium fuisse  
passim creditur, persuasere altissimæ illæ  
planèque coelestes, quas referemus eius  
virtutes.

Nea minus & ipse virtutis futuræ, atque  
animi piæ heroici, quo adversus Dæmo-  
nem bella Domini esset præliaturus, da-  
bat à teneris specimen. Abiectis siquidem  
puerilibus crepundijs rebusque ac nugis  
alijs quas ætas illa despexit, totus erat in



Altaribus, ac Sacellis extruendis, exor-  
 nandisque. Præferebat palam à teneris  
 sese Sacerdotem aliquando fore; atq;  
 huius sanctissimi Ordinis spem ac desi-  
 derium tantum ostendebat; ut à Pa-  
 rentibus impetraverit sacerdotalem pro  
 Missa celebranda apparatus ætati suæ ap-  
 tum, & parvulam, ut vocamus casulam  
 seu planetam è tela coloris viridis, in quam  
 ipse deinde elegantia maioris gratiâ figu-  
 ris & floribus rudi atramento puerili manu  
 depictis distinxit. Hac indutus Sacra myste-  
 ria imitabatur, in suprema domus seu ca-  
 stri paterni parte, ubi sacellum huic rei e-  
 rexit ex asseribus, & suggestum altissimo  
 loco sub recto, unde conciones Apostoli-  
 cum quid iam tum spiranter habebat sapif-  
 simè feruidissimèque ad Fratres suos ac So-  
 rores, aliosque è pago Dozicensi congre-  
 gatos homines, quos ad illa sua pia exer-  
 citia diligenter invitabat. Quanquam nul-  
 la opus erat invitatione: vltro siquidem  
 plebs rustica, quamvis aliàs templum &  
 conciones Parochorum accederet invita-  
 & coacta, quamprimum eum dicturum  
 pro concione inaudit, avidissimè accur-  
 rebat. Tanta iam tum erat in sermonibus  
 eius pietas! tam grata eloquentia! tam dul-  
 cis

13  
eis ardor ! Non enim , puerulus licet , ef-  
futebat & garriebat puerilia ; sed verbis  
feriis hortabatur ad virtuem , perstrin-  
gebat vitia , & officii Christiani partes in-  
culcabat eleganter , & audenter.

Decantabat ibidem psalmos , & alios  
cantus pios ritu Ecclesiastico , ac preces  
persolvebat devotissimè planèque affectu  
ferio ; benedictionibus certis sacrabat a-  
quam , panem , carnes & cibaria alia.  
Cumque à grandioribus interrogaretur,  
verène hæc censenda essent ritè benedicta ;  
verane , hoc ab eo peractum officium esset  
Missæ sacrificium ; respondebat : *esse saltem  
aliquantulum* : vnde nec ossa è carnibus  
à se benedictis volebat canibus obijci.  
Quod quàm verè asseruerit patet ex Dæ-  
monis in has eius actiones odio & indi-  
gnatione : eo siquidem tempore , quo  
puerulus iste Mysteria Christiana sic refe-  
rebat , & magnū adūbrabat pietatis ardorē,  
grandes aliquādo excitavit Dæmon ibi tu-  
multus , & strepitus terribiles , vt nutri-  
ces arreptis infantibus fugam præ conster-  
natione tentarent , alique natu licet gran-  
dævi præ horrore frigidi circumspicerent.  
Alberto tamē ad hæc tam imperterrito , vt  
verbis gestuque confirmaret ipse omnes,

& à fuga prohiberet, atque ad constanter perseverandum, & ferventius ac intensius orandum animaret donec victum Dæmonem à terriculamentis illis ac inconditis tumultibus cessare coëgissent. Ita statim à primis unguiculis Dæmoni nunquam cedere assuebat.

Castitatis iam tunc erat tam studiosus, ut nec à sanguine proximis fæminis corollam aut florem ullum unquam voluerit acceptare.

Optabant Parentes pueritiam eius & adolescentiam equestribus aptare exercitijs, adeoque venationibus, equitatione, canibus, avibus eum cupiebant delectari; sed non id volebat Deus, qui ut suum sibi servum pedetentim à mundo avelleret, divinæ suæ Providentiæ ordinatione disposuit, ut Albertus seu Parentum, seu propriæ voluptati nimium obsecutus, dum equos incautus tractat, exercetque cupidius, ab eorum ferocia nocumētum acceperit in corpore, & valetudinis detrimentum.

Missus cum Fratre suo Bohuslao, natu ante se proximo Pragam adhuc admodum puer, ad literarum studia in Academia Societatis Iesu decurrenda casum passus est.

est mirabilem, quem manu propria de se ipse consignatum in chartis suis reliquit.

Est in Regiæ Pragensis Arcis templo Metropolitanano olim ab ipso Christo Domino favore singulari, & tam admirando primùm consecrato, dein vero à S. VVolfango Ratisbonnensium Antistite jussu eiusdem Salvatoris Dei, rogatu verò S. VVenceslai Martyris, tunc Boëmiæ Principis, honorificè dicato, humatus B. Ioannes à Patria cognominatus Nepomucenus, eiusdem Ecclesiæ quondam Canonicus & Ioannæ Imperatrici VVencellai Cæsaris, Regisque Boëmiæ cognomento Pigri, Conjugi à confessionibus, & Eleemosynis: qui dum ea, quæ pro sacro Tribunali apud ipsum Regina pænitens sub sigillo Sacramentali deposuerat, nollet sacrilego Cæsari ullo modo manifestare, noctu est latenter è Ponte Pragensi in præterlabentem Moldavam gloriosus Martyr præcipitatus. Sed pretiosam apud se mortem eius Deus latere noluit; nam & Moldava flumen (vt in manuscripto suo codice oculatus testis Paullus Zidek S. Theologiæ per quinque Academias Doctor & in communi Fidei Catholicæ post Hussi temporæ per Boemiam ruina ipse ad senectam vltimam mille

mille inter incommoda medios inter hæreticos, atque in ipsa Georgij Regis Schismatici Aula constantissimus palam semper & invictus S. Romanæ Ecclesiæ Filius annotatum reliquit) Flumen, inquam, Moldava cursum stitit, aded, vt siccis vestigiis totus eius alveus posset perambulari: & Imperatrix ad fenestram precibus intenta ternis noctibus continuis lumen eò loci, quo mersus fuerat super stagnantes aquæ reliquias aspexit: quæ situm proinde mandato eius est, quid illic sub aquis lateret, repertumque venerabile illud corpus, & in Templo S. Viri sepultum; miraculis etiam quibusdam ad monumentum eius consecutis. Quare populi in eum veneratio ita crevit, vt tametsi à S. sede Apostolica (cuius solius est de vera viri huius sanctitate sine periculo erroris decernere) nulla accesserit autoritas, tantæque ab hæresi per duo secula intercurrebant in Boemia tenebræ, pro sancto tamen & vero Martyre sit semper habitus culu publico, & appensis ad eius sepulchrum anathematis, aded, vt ad illud etiam non secus, quam ad reliquorum in ea Ecclesia sepulcorum Sanctorum monumenta, lampas ignem expia Serenissimi Leopoldi Guilhelmi Austriae

stræ Archiducis munificentia, foveat per-  
 petuum; cuius pientissimi Principis etiam  
 mandato candelabrum æneum opere per-  
 quam eleganti elaboratum ibidem super  
 vetustissimi artificii, & ex ipso Sacratissi-  
 mo illo Salomonis templo Ierosolymæo  
 adhuc superstitem, olim è Mediolanensi-  
 bus spoliis huc allatam, atque in Regum  
 Boemæ Gazaphilacio hætenus conserva-  
 tam basin itidem æneam erectum, inter  
 reliquorum Sanctorum statuas, etiam B.  
 Joannem Nepomucenum supernè ostentat.  
 Quia tamen reperi sunt nonnulli, qui cul-  
 tum Sancti & Martyris venerabili huic vi-  
 ro denegarent, eiusque apud Deum meri-  
 ta despicerent, adeoque locum sepulturæ  
 eius per contemptum auderent calcare, fie-  
 bat ut mox divina in eos ultio subsecuta  
 ostenderet, quo loco Martyr ille esset in  
 coelis. Deprehensum namque, & vulgo  
 observatum est, ea ipsa adhuc die publi-  
 cam aliquam homines illos pati solitos i-  
 gnominiam, & gravissimo aliquo coram  
 plebe affici à Deo consuevisse pudore. Quæ  
 res in causa fuit primùm quidem, ut qui-  
 bus ignominie aut erubescencie pericu-  
 lum imminet, eum sibi passim hodieque  
 apud Deum implorent Patronum: deinde  
 verò

verò vt autoritate publica humus illa tota rudibus & raris quibusdam cratibus ferreis cingeretur in signum populo, ne sacrum locum incauti facillè calcarent: sed quia adhuc petulantia patebat aditus, superaddita sunt elegantiores ac densiores ferreae crates alterae, quae ita nunc locum altè ambiunt, vt videantur omnem iniuriam à monumento illo satis prohibere. Non poterant tamen satis prohibere Calvinisticum furorem, qui cum Anno 1619. Boemiam miserimè invasisset, ausus est & crates illas invadere, atque vt prius imagines, sacraque prope omnia per summum scelus ex Metropolitana illa Ecclesia proturbaverat, etiam hoc Catholicae pietatis monumentum tentare demoliri: perfecissetque Turcici facinus, nisi Deus vindex adfuisset in tempore, qui ex scelestissimis illis iconoclastis nonnullos, dum crates illas furiosi demoliuntur & lacerant repentino in terram abiecit impetu semianimes, quos loci iam prope & ipsi exanimis ex templo pro crates extulerunt.

Dum ergo Pragæ daret, Albertus noster operam mediæ aut certe supremæ classis Grammaticæ, essetque annorum forte quatuordecim, Pater ejus Ioannes Pragam venerat,

nerat, cum quo Sanctorum, ac præcipue Patronorum Boëmiae corpora venerationis ergo dum visitat, accidit ut etiam adsupra relatam B. Ioannis Nepomuceni monumentum venirent, ubi referente Parente didicit quantæ locus esset venerationis, quantæ Deo, Martyris illius honor curæ, quam certa eorum pæna, qui terram illam proterve conculcare auderent, adeo, ut Virgo quæ jã teste V Venceslao Hagek accuratopiam, Boëmiae Historico sacrû illud sepulchrum pede protervo calcare impudenter ausa, dum inde redux maximam inter populi frequentiam Pontem Pragensem transiret exorto repente vento uehementi quasi quodã turbine involuta, vestisq; eius palam fuerit eleuata incredibili eius dedecore, et ignominia.

*Adhuc cogitare mecum capi (iuuat enim ipsum P. Albertum hæc de se in manuscriptis referentem audire) facile id contingere potuisse fœminæ, sed viro aut puero quæ ratione quid simile contingere posset? Quare experiûdi gratiã cum eo tempore adhuc clatra circa sepulcrum Sancti essent raræ & demissa pedem eo cum contemtu datã operã imposui, ita vt sepulcrum calcarem. Accidit autem cum ad antiquam Urbem per Par-*

*vam*



tem rediremus ambulando sequebar parentem, & ecce incidi in latentem quandam foueam vsque ad genua, qua Praga solent esse in plateis hieme ex congesta glacie & niuibus: & fere illic calceum reliqui, irridente me toto populo pudore insigni fui suffusus. Et veniens ad Pontem prope imaginem crucifixi, illic recidi, & in luto circumquaque in pallio meo obvolutus fui: & quasi tunc interius hanc vocem audivi. In hoc loco ille Sanctus de Ponte in aquam fuit praecipitatus & submersus. Summo pudore affectus fui mirantibus, & ridentibus hominibus quid, cur, & quomodo mihi hoc accidisset.

## C A P U T II.

*Ingressus in Societatem IESV & vita Patris Chanovvski vsque ad Missiones.*

**E**X Academia Pragensi post tempus aliquod iuxta voluntatem Parentum translatus est cum Fratre suo Krum Louium: ubi studiis humanioribus in Gymnasio Societatis IESV prope absolutis Albertus Societatem IESV cogitare & expetere capit: cum

cum ad Parentem ( cui interea domi tres  
 alii filij breui temporis intervallo obie-  
 rant) fama delatum est. hos duos studijs li-  
 terarum applicatos Filios Sacerdotium aut  
 religiosum quempiam ordinem meditari:  
 quare hominem mox cum mandatis Krum-  
 lonium currumque quo eos reuehi impe-  
 rabat, expediuit. Sed Albertus ea ipsa no-  
 cte, qua redire iuebatur, fugam in Mora-  
 uiam Brunam versus, ubi Tironum Societa-  
 tis IESV est domicilium arripuit, relictis  
 post se ad parentes literis, quibus consili-  
 um suum de Societate IESV ineunda aperi-  
 ebat, veniamque id exequendi humiliter  
 postulabat. Exarsit ilico Pater, ubi redu-  
 cem Bohuslaum solum vidit, frustra que de  
 Alberto retrahendo laborem omnem fore  
 praevidens, ac rem dedit ad Societatis IESV  
 Praepositos epistolam, qua vehementer cum  
 illis expostulavit de raptu hoc tempore fi-  
 lio, quo ipso Deus illi tres alios eripuisset.  
 Nec minus & Mater uberibus diu lachry-  
 mis discessum eius deploravit. At ille im-  
 petrata demum ac prope extorsa Parentum  
 voluntate ad Tirolinum est, in  
 quo, ut & reliquis primis in Societate Iesu  
 annis, qualem vitam, quibus locis, quibus  
 in munijs egerit, ignoratur, cum ut diximus,  
 ple-

ple-

22  
plerique, qui illis temporibus gesto una  
conscij esse poterat, sint de sancti & Socie-  
tatis IESU in Provincia Bœmiæ scripta  
plurima & Collegiorum archiva continuis  
tot annorum bellis fuerint deperdita aut  
mutilata. Anni nihilominus posteriores,  
in quibus tanta virtutum fabrica sublimis  
confluxit argumento clarissimo est,  
quanta eum primis illis temporibus necesse  
sit jecisse Sanctitatis fundamenta. Illud  
constat, venisse illum nondum sacerdotio  
initiatum post aliquot in Societate tran-  
sectos annos Prag. m, statimque Patrem eius  
eò advolasse, ac bona cum superiorum ve-  
nia, eundem, sacerdote uno sene comita-  
tum secum Doticiam avexisse; ubi matrem  
gravissimè decumbentem reperit, quæ  
vultu verbisque ostendit, nondum sese o-  
blitam iræ ac indignationis, quam ex eius  
in Religiosum ordinem præter parentum  
voluntatem ingressu conceperat olim. Sed  
Albertus Dei eam fuisse voluntatem op-  
posuit, quam vel inde colligere oportuerit,  
quod eum statim à teneris semper viderit  
rebus Ecclesiasticis & Sacerdotalibus, ac  
Religiosorum concionatorumque functio-  
nibus addictum.

Erat Mater Alberti à teneris quidem Ca-  
tholi-

tholica, utebatur tamen facultate S. Matris  
 Ecclesiæ, & juxta Concilij Basiliensis cum  
 Regno Boëmiæ & Marchionatu Moraviæ  
 compactata, Augustissimum Sacratissimi  
 corporis & Sanguinis Domini Epulum,  
 suscipiebat sub specie utraque, prout  
 præter reliqui orbis orthodoxi morem, fie-  
 bat tunc in Boëmia passim prope ab omni-  
 bus laicis: quamvis Societas IESU á pri-  
 mo suo in Boëmiam ingressu pro viribus  
 elaboravit, ut Boëmis reliquorum Catho-  
 licorum morem persuaderet, ne sub specie  
 Catholicorum corpus & Sanguinem Do-  
 mini etiã ex Calice sumentium, lupi hæ-  
 retici occultarentur, & quod postea factum  
 est, venena sua profeminarent. Hinc in-  
 ter vetustissimas Collegij convictorum re-  
 gulas Pragæ, quin & inter regulas primas  
 Sodalitatis Beatissimæ Virginis sub titulo  
 conceptionis in eodem convictu erectæ,  
 à gloriosæ memoriæ Martyre P. Edmun-  
 do Campiano præscriptas erat & hæc, ut  
 Sacrosanctam communionem non nisi sub  
 una obirent specie studiosi junenes, quot-  
 quot vel in convictorum collegium, vel in  
 Sodalitatem illam admitti postularent.

Primum ergo, quod Albertus domi pa-  
 terna egit, negotium fuit, quod Matri suæ

cona-

conatus fit quam suavissime blandissimeque persuadere, ut morem illum ex Calice sumendi sacrum Sanguinem, quamvis ex Catholicorum sacerdotum manibus descenderet. Sed frustra egit licet à socio suo veterano illo Patre multum adjuvaretur, nihilque præter offensionem animi retuleret. Quare dissimulato illo ad salutem æternam tunc non necessario ritu, diligenter Albertus elaboravit, ut Mater, saltem in rebus credendis omnibus sentiret Catholicæ; id quod dexteritate egregia, varia sæpius à interrogando & quædam proponendo effecit pulcherrimè, ut Mater nec opinata omnes fidei orthodoxæ articulos se se credere profiteretur, actusque pios ad æternæ vitæ consecutionem, vel necessarios, vel opportunos eliceret tunc, dum filio suo interroganti simpliciter respondebat; Neq; hic stetit Zelus eius Apostolicus, sed statim ad pagum Dozicentem totum se se extendit cuius incolas pro viribus tunc excoluit ad fidem & pietatem, atque in templo illo S. Michaelis concionem habuit publicam ad populum, magna præsentis parentis reliquorumque voluptate, & profusis omnium lachrymis apud quos vivebat adhuc memoria concionum eius in pueritia

ad

ad eos habitarum. Obijt deinde eo absente Mater piè ac Catholicè, etiam Sacramento extremæ vnctionis legitimè munita.

Sacerdotio post hæc Græcii in Sciria, initiatus P. Albertus, & quatuor demum in Societate vota professus est. Conuictum Pragensem Regens gubernauit: ibidem fertur Sacram Scripturam, & Hebraicas literas (quarum erat egregiè gnarus) in Academia explicuisse. Olomucij Mathematicas tradidit disciplinas: vbi cum spectante Academia uniuersa vellet nonnulla ratiocinio & intellectu deprehensa, etiam exercitio & opere ipso ac praxi in horto Collegij exhibere, demonstratio hæsisse dicitur, nullumque res tota habuisse successum, tanto non solùm risu, sed & indignatione omnium, vt à studio Mathesios plerorumque studiosorum animi fuerint auersi. Ita nimirum eum Deus non tantùm ad cruces & ignominias, & aduersa quæque parabat, sed ab humanis disciplinis, alijsque omnibus negotijs ad sola studia Apostolica segregabat.

Namque cum Rectoris Societatis Iesu Krumlouij munus ad Annum Domini 1621. ageret, res ei accidit longè gravissimæ plena molestiæ, & inter acerbiores  
 B digna

digna computari tribulationes. Stabat ante  
 aram maximam in templo vsibus Collegij  
 Societatis concessio multumque templi  
 amplitudini mole sua officiebat grande &  
 magnificum Mausolæum Illustrissimorum  
 Collegij illius Fundatorum Dominorum  
 de Rosis Monumentum, quorum postre-  
 mus diem suum paulo ante obierat; vive-  
 batque adhuc Guillemi de Rosis Collegij  
 illius Fundatoris olim coniunx, tunc Zden-  
 koni Principi de Lobcovitz nupta illu-  
 strissima Domina Polixena ex vetustissi-  
 ma, nobilissimâque Baronum de Pernstein  
 prosapia oriunda. Hanc ergo mo'c P. Cha-  
 novsky invadere ausus, vt templi oedeum  
 redderet amplius, & Sacrosanctam Eucha-  
 ristiam sumpturis accessum faceret paten-  
 tiorem nemine consulto eam iussit fundi-  
 tus subruï, & ita amoveri, vt ne vestigi-  
 um quidem superesset. In gravissimas ex-  
 arsit iras Illustrissima illa Domina & Prin-  
 ceps, suorumque id contemptum, & ho-  
 noris vulnus atrocissimum interpretata,  
 literas statim ad Aamodum R. P. Societa-  
 tis Iesu Generalem dedit acerbis plenas  
 querelis; quibus id effecit sine mora, vt  
 præter, graves poenas alias totû illud Mau-  
 solæum, Collegij sumptibus suo prorsus

loco ac pristinæ omnino dignitati & formæ (pro ut hodie integrū superest) restituere P. Chanovviky fuerit coactus, ac tum insuper officio Rectoris Collegij statim decedere.

Hiseum rudimentis Deus ad tantum, tamque iuehaustum, qui in eo postea exiit, crucis, opprobriorum, injuriarum, contemptuum & dolorum, ac omnis generis molestiarum amorem, exercuit; ei que ob hæc sanctè & fortiter tolerata, tantam est elargitus patiendi virtutem, aliâque tam rara vitam Apostolicam comitari solita dona superadjecit.

### CAPVT III.

*Speciale quoddam Incitamentum Sanctitatis & vitæ Apostolicæ quod Divina Majestas ei proposuit ad imitandum.*

POSTEAquam sapientissimus Deus disponens omnia suaviter P. Albertum in virum quendam Zeh erga proximos admirandi, & in quoddam quasi speculum eximij in vinea Domini operarij parare destinaverat; non contentus obices, quibus

B 2

retarda-



retardari poterat, amovere, laboribusque  
 & ærumnis paulatim eius aptare animum  
 stimulos insuper sanctitatis injecit arden-  
 tes, & exemplum vitæ qualem ab eo exi-  
 gebat, clarissimum in pio quodam, & ma-  
 gnæ virtutis Sacerdote proposuit, quo  
 ad imitationis desiderium potentissimè  
 rapi ipse sæpe testatus est, versarique aie-  
 bat, id sibi ob oculos perpetuo: ut pro-  
 pterea ad ideam illam penitus exprimendæ  
 cogitationes omnes cõverterit omnes im-  
 penderit labores. Neque contentus de e-  
 coram quibusdam nostræ Societatis Patri-  
 bus, viris magni Spiritus loqui, etiam in  
 manuscriptis suis non pauca annotavit, quæ  
 huc fideliter translata referemus.

Fuit eo etiamnum puero, quidam in Pra-  
 chensi Districtu sacerdos externus, nomi-  
 ne Martinus Strakonicky, vulgo cognomi-  
 natus *Propheta*, vir opinione omnium mag-  
 næ Sanctitatis Parochus in pago Strassini  
 in districtu Prachensi ad templum SS. Dei hy-  
 paræ Virginis dicatum miraculis clarum co-  
 juxta quod solem occidentem versus, tugu-  
 bium superest pij cujusdam Eremitæ, qui  
 cum se se olim in eo loco totum Deo celestia-  
 stibusque studijs dedidisset, ardentissime  
 succendi cepit desiderio Augustissimæ ei-

coel

coeli Reginam corporeis oculis videndi ante mortem, idque à Deo votis assiduis deprecabatur adeo, ut tandem exoraverit, merueritque dum quâdam die suo illo tuguriolo egrederetur, Beatissimam illam Dei Matrem Filiolum Deum complexam, & saxo grandi non longè a tugurio insidentem videre, salutare, adorare. In saxi illius extremo foramen in tanti sui favoris mnesynon Sacratissima Mater & Virgo digito facere dignata est, è quo mox aqua emanavit, quæ etiamnum hodie scaturit, accurrentibus illuc magna multitudine & pietate, præsertim ad Festa Mariana hominibus, qui adversus visus labores aqua illa abluere oculos consuevêre: unde & lapidem illum muro quondam fuisse circumdatum vestigia adhuc loquuntur.

Hic ergo dum curionem Martinus Strakonicky ageret, exiguum quoddam Templo ipsi prout hodieque visitur, adsitum habuit Dei hypocaustum, in quoutab omni mortalium arum confortio se junctus Deo totus vacaret, habitabat solus: Adibus Parochialibus inquilino non-nemini interim elocatis, qui ecclesiam semel per diem cibum ei afferebat: neque enim sæpius indie comedebat. Lectus ei nuda è ligno tabula, aut dura humus: la-

xum fuit pro cervicali; quæ etiam non sine plena venerationis memoria ibidem asservantur. Vitam denique ad obitum usque egit asperissimam, & à delicijs terrenis prorsus avulsam jejunijs & precibus semper deditus, & rebus divinis penitus addictus, noctes insomnes ducere, & in oratione Dei pernoctare assuetus. Cum Dæmonibus bella gessit multa, & gravia eoque frequenter ejecit & corporibus obsessorum.

Nec his contentus, in apertum adversus Crebum, bellum prodijt, curaque Strassinensis Paræciæ alteri sacerdoti traditâ ipse vitam amplexus est planè Apostolicam, pagos & oppida sine delectu, prout fors aut necessitas ferret, in summa rerum omnium egestate circumeundo, verbum Dei ubique prædicando, fidem veram (tunc enim Bœmiam prope universam Hussitica obtinuerat Hæresis) annunciando, ubique Catholicos invisendo, & confirmando in fide, ac si quos posset, Hæreticos ad Ecclesiam reducere conando, lucris solum animarum intentus. Candido subinde vehebatur eque illo cui insidendo divina meditabatur per viam, & officium Ecclesiasticum Deo pie persolvebat. Ea de Sanctitate eius vulgo fuit opinio, ut quam domum Catholicam intraret

ret

ret, Omnes in ea plerumque statim sua apud  
 enim peccata confessione expiarent; ea pas-  
 sim auctoritas, eaque veneratio, ut quo-  
 cumque accederet, omnes tantum serva-  
 rent silentium (ac si Deus ipse) verba sunt  
 P. Alberti) accessisset. Spectavi non semel,  
 ubi is convivium publica nobilium interven-  
 rat, neminem eo presente loqui presumpsisse,  
 nisi eodem juvente & hortante. Dono  
 Prophetæ vulgarissimo, eventibusque  
 plurimis sapissimè comprobato divinitus,  
 exornatus, non nisi Prophetæ nomine pas-  
 sim vocabatur, adeo, ut plerique alio eum  
 nomine nescirent compellere. Tumultus  
 Boemicos, maximamque securam paupe-  
 rum tribulationem crebrius prædixit co-  
 ram multis, de qua etiam quædam conscrip-  
 sit. Dicebat nonnunquam D. Joanni Cha-  
 novvsky Patris Alberti parenti: O quam  
 enormia imminent bella! o quanta erit ho-  
 minum afflictio! filij nostri quærent late-  
 bras in sylvis, & montibus & antris. Inter-  
 roganti Domino, num ipsi adhuc supersti-  
 tes ea mala essent visuri? Respondebat: nos  
 quidem non hi filij nostri ista experientur. Et  
 verò hanc prædictionem eventus ipsi nimis  
 confirmarunt. Semel (ait P. Albertus)  
 me presente, & pluribus alijs, quorum qui-

Et

dam adhuc vivunt Dozicij pro concione famem post biennium futuram, & mortem suam prædixit; quæ omnia evenerunt.

Moris ei erat, ut casas ruricoliarum ingressus, mox se se in quopiam angulo abijceret in genua Deo collocuturus, dum rustici sua interim agerent, coenarent, domum componerent, atque è vicinis etiam domibus plures convenirent, quæ omnia venerabundi illi, & sacro pleni honore summo peragebant in silentio finem precum ejus expectantes, nonnullis à coena sua reliquijs ei in obsonium reservatis, quas ille cum ab oratione surrexisset, verbaque de Deo ac rebus æternis Spiritu sancto plenissima aliquamdiu fecisset parçè ac Sanctè sumebat.

Cum aliquando visitaret oppidum Rathovvicz, ibiq; matres-familias felicem ei more suo gratularentur adventum, & ova ac placentas offerrent in munus, sin u' que cum lachrymis quererentur ad actos se à Toparcha suo Petro Baubynky ad sectam Hussiticam, desertâ Cathol. cã fide amplectendam; benigne eas primum corripuit ac reprehendit; tum dolenter adjecit multa his similia per summum nefas eo tempore perpetrari: sed tempus brevi affore, quo Catholici jam vere in Bœemia pusillus grex, victo-

victoriam de inimicis omnibus essent re-  
 portaturi. Ex cuius vicinij fama ortum  
 est, ut nonnulli circa Katovviciam patres-  
 familias, præsertim in pago Chlupin, ab eo  
 tempore neutri Religioni adherere, nec  
 unquam S. confessionis Sacramentum apud  
 Catholicos ob re voluerint, Prop hetia  
 illius eventum expectantes illi vide-  
 licet fidei, tanquam veræ & sinceræ  
 adhæsuri, quæ alteram debellasset. Cum-  
 que deinde victoriæ in Albo monte à Ca-  
 tholicis obtentæ, ac Pragæ captæ famâ ac-  
 cepisset, Catholicis accesserunt sine mora,  
 sua crimina ritu Catholicis per sacræ Exc  
 mologeseos lavacrû primo omniû apud P.  
 Albertum Chanovvsky abluerunt. *Multa*  
*Deus per hunc virum fecit miracula, quorum*  
*(verba sunt P. Chanovvsky] quia non*  
*recte memini, lubens ea prætereo. Fuit autem*  
*pius habitu, & cultu corporis, uti quidam*  
*Religiosus Societatis IESV. Quibus verbis*  
 postremis sese Pater Albertus ipse describere  
 & indicare videtur. Ipse enim non tan-  
 dum vitâ moribusque Sacerdoti illi fuit  
 similis, sed & imitandum illum sibi, &  
 virtutibus tanquam prototypon exprimen-  
 tum proposuerat. Quod quam feliciter  
 Deo propitio sit assecutus, dicere mox in-  
 cipie-

cipiemus Deo supplices, ut quas venerabilis hujus Patris virtutes commemorare dederit, easdem memoriæ, & cordi imprimat & tam exactè concedat imitari, quæ in diligenter ipse Sanctam magni Dei servi Martini Strakoniczky vitam inspexit, & expressit. Sepultus est pius ac venerabilis hic sacerdos in pago Bliziw in templo Parochiali.

CAPUT IV.

*Studium orationis in P. Alberto Chanovsky.*

**Q**Via virtutum omnium fontem esse noverat orationem, & animæ cum Creatore suo, *Patre luminum ( à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens )* familiaritatem; eam vitæ suæ quasi basim esse voluit, eamque in suo illo antesignano Martino primâ curâ est imitatus P. Albertus: ut propterea meritò vitæ eius narrationis exordium ab hac potissimum virtute putarim fuisse desumendum.

Visque adeo totum se se dederat studio Sanctæ orationis, ut vita eius perpetua quædam ad Deum precatio, & de rebus divinis meditatio fuisse, posset judicari. Et

verò quam inflammatis agere eundem seooteret affectibus, testes erant flammæ illæ prodigiôsæ & lumina, quibus, quasi medio cinctum incendio corpus eius maximo cum aspicientium stupore totum visum est nonnunquam dum precaretur coruscæ, & quasi conflagare.

Noctes sæpe transigebat in orationibus ita ut à quodam suorum itinerum individuo comite puero à seruitijs, per totum anni dimidium ne semel quidem deprehensus fuerit, aut dermivisse aut cubnisse: siquidem cum se vesperi composuisset ad somnum, Patrem orationi, flexis genibus intentum relinquebat; ubi verò manè fuerat expectatus, jam Patrem rursus inveniebat agentem flexo poplite cum Deo.

In eo, quod prope Nepomukum juxta viam Dozicium versus, intra quoddam nemus D. Alberto Martyrij Pragensium Episcopo (qui ritu anachoretico ibi quondam Deo servierat) dicarum est, facello, sapissimè ex itinere orationis gratiâ subsistere, ibi disculè & nonnunquam dies aliquot in sacris exercitijs, & Divinis colloquijs morari, atque in oratione pernoctare solebat.

Noctu etiam, aut temporibus antelucanis



canis visus est subinde cœmeteria manibus  
 crucis in modum ante pectus decussatis, o-  
 culis cœlum versus sublatis, lento pede  
 obambulare, crebroquē subsistere medi-  
 tabundus, & ad Deum vehementer su-  
 spirare.

Quamquam & alias oculis erat ferè  
 semper in cœlum erectis, audiebanturque  
 ex ore eius sæpissimè hæc verba: *Dominus  
 Deus, Dominus Deus omnipotens*: quæ ver-  
 ba admirabili quadam proferebat reveren-  
 tia; voceque ac prolationis modo ingen-  
 tem quandam Dei æstimationem, & ani-  
 mi submissionem, spirabat, vt audientes sa-  
 cro impleti horrore etiam ad pietatis, san-  
 ctæque erga Deum venerationis motum ex-  
 citarentur.

Horas suas Canonicas non persolvebat  
 ambulando per viam; sed comite puero,  
 si quem habebat præire, certoque ac desi-  
 gnato in loco deinde manere tantisper ius-  
 to, ipse secedebat in silvam, vel hortum  
 obviam, ibique vnâ aut etiam alterâ horâ  
 Deum suum adorabat, & precabatur, vt  
 prætantæ ~~no~~ & toedio sæpe puer adven-  
 tum eius expectans, in dormiret.

Alias per viam, si nullo, præter suum  
 ab obsequiis puerum, stiparetur comite,  
 nul-

nullumve haberet rudem erudiendum, serè filebat, & orabat assiduè. Quod si aliquando puerum alloqueretur, eum ad pietatem formabat.

Ibat quodam tempore cum pluribus feminis nobilibus peregrinus ad Beatissimæ Virginis, miraculosam in Bavaria imaginem dictam ad *Sanctum Cruorem*, noluitque, quamvis multùm rogatus, nisi seorsim ab illis ambulare; causam afferens, quod sic & illæ separatim essent commodius precibus vacaturæ. Cùmque eum ob id passu incitato præcurrentem, illæ nihilominus essent iam iam affecuturæ, secedebat & occultabat se se alicubi inter frondes, dum illæ prætergrederentur; ac tum viam post eas rursus carpebat. Quod si nihilominus deprehenderetur, paulo post nemine advertente disparebat ad viæ latus; & per invia ac devia tam diu ambulabat, dum denique comites illas præcederet, aut saltem sibi quoquomodo soli incedere, Deoque sine arbitris, sine interpellatore, vacare liceret.

In cubiculo, quod Clatuvienti in Collegio subinde incolebat nullum habebat pro-

oratorio reclinatorium, sed nuda in humo flexns Deo suas fundebat orationes

Erat in civitate Sutficensi puerulus primarij illic viri filiolus, ei cum primis charus, quem ille curâ quâdam dulciori Deo diligentia educabat, sæpe ingeminans: *tu non eris filius mundi, sed filius lucis.* a. Huius capillos cum parentes pro temporis. a. TY NBBVDESS SINEM SVVIETA, ALE SYNEM SVVIETA. *Boemica lingua* illius vulgari more, ita tonderi curavissent, ut parte ex altera caudæ iustar promissiores dependenterent, . Chanovvsky, ubi eam vanitatem advertit, suavissimè advocato, & forfices præbere iussu floccum illum capillamenti non invito, nec reluctanti clientulo abscidit; abscissum ut matri deferret, & facti auctorem indicaret, porrexit; id quod puerulus fecit iucundo animo; nec minori exceptus est à matre gaudio, quæ filiolum suum tam sancto viro curæ esse gavisa, etiam capillitium illud manu Patris atretatum, quasi sacras reliquias asservavit.

Hunc ergo puerulum solebat nonnunquam solebat silvulam, & collem vicinum educere, ibique vi porrigere rosarium in  
ma-

manus, quod in assignato sibi loco flexo poplite percurreret, dum ipse interea remotus aliquantum divinæ etiam vacaret contemplationi. Puer hic nomen postea dedit militiæ Christi Domini in Societate IESU, atque in Provincia Austriæ vivit, hodieque superstes.

Nec minori cura hominibus reliquis sanctæ orationis studium conatus est persuadere: nam & breves quædam de Passione Domini meditaciunculas, aliâque his affinia conscripserat manu propriâ, suisque familiaribus distribuebat, & meditationis, aliorumque spiritus exercitiorum docebat praxim, certus eam non posse perire animam, quæ cum Deo per orationem familiariter agere assuevisset.

Ex his tamen ardentibus, frequentibusque cum Deo colloquiis ortum habuit eximia illa in P. Alberto magnanimitas, & firmissima in Dei adiutorium fiducia, quâ visus est media inter pericula semper imperterritus, adeo, ut dum Stakonicensis Civitas uniuersa Anno 1640, terrore vicinissimi Suecorum militis, in effatam fugam rueret, ipse per forû deambularet securus, aliisque trepidè de fuga monentibus pacatè responderet, se mox secuturum, & pe-

pe-

periculum evasurum: quod & contigit, ut cum equitatus Suecicus iam prope esset in januis, pater nihilominus bene longa duo miliaria senili, & ægerrimo suo passu emensus, salvus & integer manus eorum evaserit. Alias cum eadem hostiles copiæ, Duce Schlangio easdem Boemiæ partes invasissent, ipse spe in Deum plenissimus diffugientibus passim omnibus, stationem suam non deseruit: verum, cum in ea trepidatione, & provinciæ vastitate, nullum consuetis suis Apostolicis functionibus videret locum relictum, in quandam solitudinem prope Radomissum secessit, Deo & sibi soli vacaturus, ibique vitam egit anachoreticam, dum tempestate illa dispulsâ ad suos incolæ pagos & oppida redissent.

## CAPUT V.

*Amor erga Dominum IESVM & cultus SS. Eucharistia.*

**E**X hac etiam tanta cum Divina Majestate familiaritate ortus est ardentissimus erga Deum amor, qui se in vultu gestisque eius omnibus prodebat, simulque  
 eximi-

eximius, ac planè rarus quidam erga Dei Filium pietatis affectus. Et certe, ut in virtutibus reliquis, ita se se Pater Albertus genuinum in hac pietate exhibuit Filium magni illius Patriarchæ sui S. Ignatij, cuius felicissimæ sanctissimæque animæ Deus optimus inter cælestia dona reliqua contulit etiam tenerrimum quendam inflammatissimæ erga Dominum IESUM dilectionis sensum, quo pectus eius colliquescebat dulcissimè, & cor ad omnia pro eius amore facienda pariter, ac toleranda fortissimè incitabatur.

Iam ergo si quis P. Alberto currenti, laboranti, sudanti, fatigato, affioto, cur se se tantopere excruciarer, obiecisset, respondebat; ita Christum Dominum nostrum pro nobis hæc omnia, longèque plura fecisse ac tolerasse. Vnde & alios exemplo Christi Domini præcipuè ad studium vitæ Christianæ hortabatur atque ad id librum quendam de vita Christi Domini Sanctissimæque eius matris pijsime conscriptum, ex Germanico vertit in Boemicum, utque geminato typis ederetur procuravit.

Statuam aliquam ligneam pueruli IESU semicabatalem sæpe per omnes suas missiones

fiones, peregrinationesque passim circumferebat in menibus publicè, quamvis cum lignæ manus possent eximi, eam quandoque in sarcinulam componeret.

Hanc ille veuerationi omnium exponebat ad Alrare hanc gestari curabat in supplicationibus; etsi statuæ hæ essent rudes, quin & quædam illarum nullis fuerat super lignum illita coloribus, solo rudi lineo tecta indusiolo: Cùm ergo tantam P. Alberti erga puerulum IESUM notarent omnes pietatem, ut statuas eiusmodi, per campos per plateas, per pagos publicè baiularer, quasi sine Christo Domino comite nihil aggredi vel et nihil perficere; factum est, ut subinde Amici eius præcipui statuam illam sibi donari impetrarent, quæ veneracionis atq; ad pietatis motum excitationis gratia, etiâ ipsi seruibant, & colebant deuotissimè, præsertim cum quædam per tales statuas supra vires uaturæ diuinitus esse patrata fuerit vulgata. Sed ille mox aliam rursus pueruli IESU statuam similem sibi procurabat; ex quibus supersunt etiamnum aliquæ, & sacrarum instar reliquiarum habentur in pretio singulari. Hinc fortè originem haecuit tantus in eo erga pueros Deo adducendos Zelus, quem tota illa Boemiæ pars admiri-

admirata est, & adhuc vehementer admiratur.

De Festis Salvatoris nostri memoriae per anni circulum dicatis quam solentissime piissimèque per pagos & oppida celebrandis erat perquam sollicitus; atque ideo sacro parasceves, vel alio è Sanctis illis passu Dei feris die pinm aliquod de cruciatibus eius populo spectaculum dabat, aut drama exhibebat, vel saltem puerorum de hoc argumento colloquium ad pios condolentiae motus excitandos opportunum inducebat; Dominicae sepulturae simulacrum, quam maximè potuit decore apparabat. Eadem diligentiam ornabat, exitabatque populi pietatem erga puerulum IESUM; unde praesepe & stabulum Bethlemiticum, ut poterat repraesentabat: cui rei cunilas in foro Pragae emptas non erubuit per forum illud, & plateas publice ad Collegium deportare.

Clarius tamen hunc tantum erga benedictum IESUM affectum ostendit in eo, quo tam pio est SS. Eucharistiam profecutus cultu. uocunque accedebat, primo omnium, si illic esset templi copia, in illud se conferebat; nec alias peruiam nullum eaiam Sacellulum praeteribat unquam; quod si posset non ingrederetur, & in quo aliquan-

quan-



quantisper non precaretur : quin toto illo  
*Boëmia* tractu nec vnicum esse putatur  
 templum , cui ipse beneficij aliquid non  
 præstitisset : quorundam in albari parietes  
 quorundam ad æquari pavementum ; quo-  
 rundam fenestras ; quorundam tecta cura-  
 bat refici ; vt sic Domino IESU habitacu-  
 lum esset quàm maximè decorum. Verno  
 ac æstivo tempore flores per viam, per pra-  
 ta per campos colligebat, & deportabat in  
 templa, ipseque vt poterat altaria, & reli-  
 quam templi faciem ac suppellectilem a-  
 dornabat ; apparamenta sacro Missæ sacri-  
 ficio procurabat ; quin ea etiam manibus  
 conficiebat propriis. Existunt adhuc pla-  
 reæ seu calulæ, stolaque Sacerdotales, ac  
 pulvilli libro missali super altari sustentâdo  
 aptati, & consuti eius manibus Horazdio vic-  
 cij, Nepomucij, in Rabij, atq; alijs in locis  
 nō paucis: quæ tantò maiore meretur æsti-  
 mationē, quòd manus huius sancti viri fu-  
 erint à chiragra valde afflictæ, & digito-  
 rum nerui contracti. Circumferebat au-  
 tem scatulam particulis variorum panno-  
 rum, ac telæ sericæ plenam, ex quibus for-  
 mabat cruculas stolis Sacerdotalibus, Hu-  
 meralibus, Manipulis, sicubi deessent af-  
 suendas: id quod si nec ipse nec fæminæ ru-  
 sticæ

stica aptè præstare possent, præstabant cognatæ, aliæque pietatis causâ familiares ei Virgines nobiles, quibus etiam subinde verbis suavissimis artificiosè persuadebat, ut temporibus pomeridianis secum ingressæ templi sacrarium, suppellectilem sacram lustrarēt, repararēt, renovarēt defectus sarcirēt ut sic mūdاتا omnia nitore redderētur

Accidit nihilominus, ut hæc ipsa rerū sacrarum tanta cura periculū sacrarū vitæ ei quodā tēpore creārit. Nāque dum Bernardicij suppellectilē Ecclesiæ in templo cōgregat, & componit, ut imminenti militari rapinæ ereptam alio deportet, imprudentes rustici incolæ hanc eius providentiā de prædationem templi sui interpretati, armati præforibus adstant, Patremque cum sacro thesauro egredientem invadunt, circumdant, & quo cum spolijs hisce properet, minaces expostulant. Pater errore eorum animadverso, mox sarcinam deponit, vultuque suavissimo *Filiolos* compellat, & quidnam furor ille, quid bombardæ, quid arma velint, blandè interrogat, ac tum causam facti sui exponens, se enim vero suppellectilem illam sacram voluisse à prædonibus tutam; quam proinde, si loco tutiori servent & vellent illi ipsi deponere, acciperent,

perent,

perent, asportarent, asservarent. Accep-  
tant ergo Rustici, atque alio tentant aspor-  
tare, sed itineribus omnibus à milite præda-  
bundo penitus impeditis, necessariò re-  
gressi P. Albertum ad eunt, veniam erro-  
ris exposcunt, simulque ut res illas cura  
sua iterum resumat, deprecantur: quibus  
ille obiter & dulcissime objurgatis, Mon-  
strantiam insuper, seu ferculum S. Euchari-  
stia circumferendæ destinatum, quod  
paullo ante, illis inscijs, pro templo Ber-  
nadicensi ipse procurarat, exhibet, & quan-  
tam suppellectilis sacrae templique illorum  
curam habeat, declarat, ac demum ab illis  
in copiosas jam lacrymas planè effusis sar-  
cinam illam curandam & asservandam  
rursus assumit.

Apud templorum Aedituos potius,  
quam apud alios pernoctabat, ut templi  
claves haberet ad manus, ut quando noctu,  
aut primo mane vellet, illud posset facile  
adire: orabat enim, quoties poterat, &  
quidem subinde totis noctibus in templo  
coram V. Sacramento prostratus humi  
in genua idque si esset sine arbitrio  
templi pavimento medio; ubi etiam horas  
suas canonicis clamorè, & vehementibus  
interpositis susperijs, ut exaudiri possent,  
pertolve-

persolvebat; alijs verò supervenientibus ab illis vocibus temperabat.

Si coram SS Eucharistiæ uspiam lampas nulla arderet, dolenter ferebat; optabatque foundationes institui perpetuas in Parochijs ad ignem Eucharistiæ honori diu notuque arandum.

Sacratissimum missæ sacrificium, quasi in tanti mysterij cogitatione adsorptus, peragebat devotione maximâ, singula quodammodo verba perpendens, tantos inter affectus, ut supra celebrandis verticem cælestes quandoque flammæ, & globi ignei fuerint conspecti; ordinariè tamen non multum ultra semihoram, missam extendebat. Celebrat diebus singulis, quam diu dolores podagræ ei pedum usum non adimebant: qui si eum lecto affixissent, rursus se se postea proripiebat quamprimum semi sanus, atque inter graves adhuc cruciatus stans ad aram Missam faciebat. Chiragra non ipsi solebat esse impedimento: quia tamen ea pridie tortus fuisset gravissimè, mane tamen manus ad tractanda sacra mysteria habebat expeditas, quas deinde iterum sacro finito chiragræ dolores impediebant, quæ res multis erat, & verò etiamnum memorantibus est admirationi di

divinique prodigij aliquid hic solitum intervenire, multi arbitrantur.

Neque sui ille contentus animi devotione, maximam etiam erga hoc Sacratissimum mysterium conabatur in populo excitare reverentiam; adeoque nunquam sine præcipuis cujusdam venerationis indicijs, ac vultu ad devotionem composito deo loquebatur; nec sacrificium hoc sine honoris præfatione vocabat simpliciter *Missam* sed *Sanctum novi testamenti sacrificium*: ut sic plebi rusticæ, quantam posset V. Sacramenti æstimationem ingeneraret.

Cum rusticos oppidanosque laboribus suis occupatos ad sacrum *Missæ* sacrificium diebus profestis audiendum adverte-  
ret non convenire, circumibat ipse domos singulas, humanissimeque sed potentissime persuadebat, ut diebus singulis, singuli per ordinem ex domo qualibet mane ad sacrum audiendum convenirent: non enim futurum ex unius hominis per horæ dimidium absentia ullum domi incommodum quin potius Deum id eis benedictione cælesti compensaturum. Ut autem in populus id faceret tanto promptius, majorique cum fructu suarum animarum sæpius illis omnia *Missæ* mysteria, omnesque cæremonias,

ac totum sacerdotis, atque Altaris vestitum  
 apparatusque interpretabatur, & memo-  
 ria Dominicæ Passionis applicabat; nec so-  
 lum id ex suggestu, sed etiam stans ad Altare  
 & se se celebrandæ Missæ accingens: tunc  
 enim post ea, quæ ad aram, ad calicem, alia-  
 que altari circumposita pertinent, prius  
 explanata, exponebat sacerdotalis vesti-  
 menti partes singulas, simul eas induendo  
 adeoque dum humerale acciperet, conver-  
 sus ad populum ejus mysteria ac ceremoni-  
 as humiliter, ferventer, atque affectuose  
 explanabat, eodem modo dum Albam in-  
 duerit; & sic reliquas partes omnes, donec  
 casulâ jam vestitus omnes præsentis ad  
 pijsimè devotissimeque toto Missæ tempo-  
 re Deum adorandum hortatus cum om-  
 nium simul incredibili affectu, quasi qui-  
 dam Seraphinus Missam inchoabat.

Quando more suo in populis publicis,  
 aut alias rusticos ad pietatem hortabatur,  
 & hoc motivo, quod Missam esse  
 diceret memoriam Passionis Domini-  
 cæ: in Passione autem quosdam Christum  
 Dominum blasphemasse, irrississe, condem-  
 nasse, quosdam ei collacrymatos esse, con-  
 doluisse, eumque laudibus esse profecutos:  
 ita nunc quosdam hæreticos, & Judæos hoc

C

Sa-

n in  
 otio  
 tiffi  
 o ex  
 sine  
 cijs  
 leeo  
 ono  
 ssan  
 r: u  
 . Sa  
 ibus  
 fici  
 rre-  
 mot  
 sim  
 per  
 l la  
 nim  
 m-  
 um  
 ca-  
 ulus  
 um  
 om-  
 ias,  
 ac

Sacratissimum sacrificium, adeoque in eo Christum Dominum irridere, blasphemare, contemnere, & Missam negligere: quosdam verò pios Christianos eum in hoc memoriali Passionis ejus, celebrare, venerari. Iam ergo eos esse oportere ex numero eorum, qui sacra hæc mysteria piè frequentent, Christum Dominum in eis laudent, venerentur, & adorent.

In magnas nonnunquam effundebatur Sacerdotij laudes, ejusque extollebat excellentiam sæpius ingeminando: *ô si omnes scirent excellentem Sacerdotij dignitatem.*

Festum Corporis Christi magna obibat ceremoniâ, publicosque faciebat apparatus ac spectacula, quin & declamationes habebat ad populum linguâ vernaculâ, quos pueri Angelorum habitu ornati magnâ plebis admiratione & voluptate peragebant.

#### CAPUT. VI.

##### *Amor crucis.*

**T**Am incensus erga Salvatorem nostrum amor, etiam tacente calamo indicat ingentem crucis ac dolorum in eo amorem

morem necessario extitisse. Amor siquidem  
 amantem vult esse amato quam simillimū,  
 adeoque Dei crucifixi amor hominem  
 eiusdem cruci configit: tantò magis,  
 quod insuper à dilecto suo ad eam inui-  
 tetur, clamante: *qui vult venire post me  
 abneget semetipsum, & tollat crucem suam  
 & sequatur me.*

Enim verò tantus corporis sui omniūq;  
 cupiditatum fuit hostis, P. Albertus, ut ni-  
 hil aliud, quàm miserias, molestiasque siti-  
 re ac desiderare videretur. Noverat hoc  
 omnes, passim ideoque si qui diutius eū op-  
 tarēt apud se hospitari, nihil ei comoditatis,  
 nihil præstabant favoris, nullamq; se eius cu-  
 ram, nullam de eo cogitationem habere  
 ostendebant, & nec qui valeret, aut num-  
 re quapiam indigeret interrogabant; nec  
 cubiculū eius verri, aut componi iubebant,  
 nec ad prandendum, cœnandumve, nec  
 super mēsam ad ferculum quodpiam come-  
 dendum invitabant: tum verò apud tales  
 etiam septem, aut decem dies subinde hæ-  
 rebat. Quod si vel minimum ei vo-  
 luissent exhibere gratiæ, aut eius se  
 habere rationem aliquam ostendissent, aut  
 si, vel solum ex eo, paulò diligentius qua-  
 reren, quam diu apud eos esset commo-  
 raturus.



raturus; mox id sibi displicere vultu & verbis prodebat; & ni cessarent, nemine salutato se se inde subito proripiebat, & vix post menses aliquot ad eum locum revertebatur: ita nec cogitationem volebat ab ullo de se sumi. Nobilibus suis familiaribus super mensam ad edendum invitantibus, respondebat vultu, subtorvore respondebat: *ad quid hæ invitationes?* sæpeque mane sequenti, sæpe ea ipsa adhuc die alio se conferebat.

Cibum potumque deliciarum fugiebat omnino, ut vix sit visus ab ullo vinum bibere, excepto Nepomuko, ubi apud amicissimum sibi Parochum, duo subinde, aut summum tria exigua vitrella ebibebat. Parochis partem perdicis assæ, aut columbæ, aliudve eiusmodi in mensa sibi proponentibus dulcissimè dicebat: *Vobis ð Domini, vobis talia competunt, mihi olea, & hordeū & frustum panis.* Quādo apud rusticum prandebat, si forte is pullum gallinaceum apposuisset, molestè ferebat, nec ferè attingebat; sed rapas aut vilissima eiusmodi pro rusticorum famulis parari solita esculenta sibi dari postulabat, ita ut carne quā rarissimè vesceretur. Senio factus fuerat prope edentulus; atque

atq̄ ideo pulmenta quædam apud suos fami-  
 liares nonnunquam edebat. cibus tamen  
 eius ordinarius, quo in peregrinationibus  
 suis apostolicis utebatur erat panis frustu-  
 lum, & haustus aquæ frigidæ ex fonticulo  
 obuiis. si tamen vellet obsonare lautius, tunc  
 cereuisiæ frigidæ panem manu propria  
 contritum admiscebat, & sic adhibitis eti-  
 am, conuiujs rusticis aut tabellarijs epula-  
 batur. Cum in mensis nobilium delicatum  
 quid orbi eius esset impositum, diu id re-  
 linquebat intactum, in rerum spiritalium  
 narrationem prolixè interea effusus, donec  
 famularis eius puer orbem cum esculento  
 dextrè subtraheret, & vacuum supponeret,  
 ita ut subinde uiri nobiles puerum illum in  
 facinore deprehensum obiurgarent, Patre  
 ad hæc iucunde subidente.

Fugiebat, ut poterat, à mensis nobiliū ad  
 rusticos, aut quemuis alium uilissimum, et-  
 amsi in pagis uicinis proximi habitarent  
 eius varij cognati, ijsque de hoc secum ex-  
 postulantibus respondebat: *bene sic est huius  
 corpori peccatori.* ut autem tantò magis per-  
 suaderet omnibus, ne ullus eum habere co-  
 naretur delicate, illis, qui quod apud sui cu-  
 pidissimam sororem esset rarissimus con-  
 querebantur, rationem reddebat: *quia*  
 C 5 *vult*

*ult me facere nimis delicatum* Hinc nemo pauperrimus eum ad prandium dubitabat, certus, se non tam levia appositurum, quin P. Albertus adhuc leviora animo esset gratissimo cupidissimoque acceptaturus.

Quamquam, si nudam fateri oporteat veritatem, ordinarius cibus eius fuisse videtur fames: potus verò quotidianus, fitis. Plerumque enim tota omnino die edebat, bibebatque nihil, nisi vesperi, quando seniles & fessas vires particulâ siccâ panis, ut diximus, & haustulo frigida reficiebat.

Concione, sacrisque die Dominico perceptis, famulo suo puero dabat nummum, ut semellam, aut cer. visia haustum sibi emerret, ac tum antegredi iubebat paullulum, seque certo in loco subsequendum expectare; ipse è conspectu omnium paulo post se se furtim subducens, impransus sequabatur; etiamsi plures subinde nobiles eum ad prandium invitatum expectarent, aut fugientem persequerentur equis curruque; vacui nihilominus redire cogebantur. Sic & per viam alias solebat sub meridiem puero suo, dare nummum haustui emendo, ipse tamen plerumque nec guttulam aquæ degustabat. Si in limpidos  
uspian

uspiam fonticulos incideret, assidebat quidem cum suis comitibus, sed ipsis bibentibus, nihil ille, etiam in ferventissimis caniculæ æstibus attingebat, donec sub noctem in diversorio, rursus puero, quin & alijs subinde comitibus empto potu, ipse solo à modicâ frigida vteretur.

Contingebat aliquando, ut cum diem totum, circumeundo, catechizando, laborando insumpisset, sub vesperum incidere in quempiam moribundum, aut graviter decumbentem, apud quem mox nullo sumpto cibo aut potu tota illa nocte manebat vigil, eum ad felicem obitum disponendo, manequè rursus sacro celebrato Apostolica sua itinera profecutus totum iterum diem laboribus solitis continuabat, ut tandem post biduum integrum cum duabus noctibus sine cibo & potu ullo transactum, aliquid de pane & aqua gustaret; cum tamen itinera omnia perageret, ferè semper pedes, nullòque currus aut jumentum ad miniculo uti solet, quamvis corpore à colica, calculo, podagra, & chiragra esset pessimè affecto, pedemquè utrumquè non tantum tumidum, sed & tabidum, & plus quam octo foraminibus quemlibet perforatum, & ob id medicos fonticulos

o  
um  
po-  
ora  
ac-  
eat  
vi-  
tis,  
at,  
se-  
ut  
t.  
er-  
ut  
ne-  
m,  
pe-  
ulo  
se-  
les  
nt,  
ur-  
ge-  
ub  
u-  
nec  
los  
am



in pede altero duos, vnum in brachio haberet, extremaeque iam, & decrepita esset aetate fatigatus, innumerisque plane fractus laboribus, & vultu semper pallido & flavo mortui magis quam vivi referret speciem, nihilque sanguinis in eo superesse videretur.

Morbidis illis suis, & foraminosis pedibus, cum malum nimis invalesceret a dolore remedium postulavit, quae herbis medicis foramina sanavit; sic tamen, ut non pedibus singulis vnum reliquerit apertum, per quod tabo meatus apertus esset, ne malo intra corpus occluso vita Patris conijceretur in discrimen.

Tot malis fatigatus, quamvis non posset, quin per viam cogereetur subsistere saepissime, ac per brevissima saepe intervalla captare quietem, nullis tamen malis adduci potuit, ut tinera sua perageret aliter, quam pedes. Voluerant quidem Societatis IESU Superiores, senium & morbos eius miserati pedestres illas peregrinationes ei prohibere, sed, sic tamen (tanquam res ageretur de vita ipsa) laboravit strenue, apud Patrem Provinciale, deprecatumque est omnimodo, ne curru aut equo uti cogere-  
tur

retur, rationes afferens pro hoc plurimas; sibi nimirum nota esse viarum compendia, folere se incedere, per molles femitas, per prata, perque vias commodissimas; ambulaturum se pedetèrim suspensò planè gradu atque per conclave coram deambulans ostendebat, quàm cautus esset futurus, ne sibi vim inferret: ac denique precibus infimis P. Provinciale à sentètia illa dimovit. Sciebat nimirum alias sibi vitam hanc Apostolicam esse omnino defendendam, quam profectò nullo modo cum impedimentis jumentorum, & apparatu curruli, adeòque cum tanta multorum molestia potuisset continuare.

Si currus aut carpentum pro eo ad Collegium Clatoviæ missum fuisset, jubebat aurigam tantisper expectare, dum ipse modicum extra civitatem ambulationis gratia præcessisset; nec enim fore deinde difficile senem & debilem peditem paulò post curru properante assequi. Interea se se in luburbio intra domum aliquam, aut post parietinas abdebat, unde currum illum posset transeuntem videre; quo deinde prætervecto, & auriga, ut Patrem, quem antecessisse credebat, assequeretur, in ce-

cole-

Jerem cursum effuso, prodibat, & iter post  
currum pedes carpebat.

Nonnunquam à notis suis coactus car-  
pentum hieue conscendere, cum se expe-  
dire aliter non posset, quadrante circiter  
milliaris confecto, illud exorabilis remit-  
tebat. Habuit neptis illius mitissimum  
quendam pro suo usu equellum, hunc ut  
aliquando, sed tamen non nisi aliquâ gra-  
vi tempestate, tempore hiberno conscen-  
deret, ab eo pro mutuo amore impera-  
bat: quo nihilominus ad breve solum spa-  
rium, rarissimè ad milliaris dimidium usus  
( & quidem sic, ut ad montes obvios eum  
manu ducens, ipse pedibus propriis in ar-  
duum niteretur ) demum per aliquem  
hominem domum remittebat, reliquum  
itineris pedes confecturus.

Illud autem penitus est admirabile, ade-  
dque videri posset incredibile, nisi esset  
vulgo notissimum, quod etiam inter me-  
dios podagræ dolores ( nisi planè essent  
graves paroxysmi ) non cessaverit à suis i-  
tineribus per aspera & lutosa niueque ac  
glacie rigentia loca: cum tamen eiusmodi  
morbo affecti, etiam plumæ unius conta-  
ctum soleant formidare.

Quin ut incredibilem suam pro Domi-  
no

no IESU tolerandæ crucis cupiditatem  
 fatiaret, durantibus intensissimis chiragræ  
 paroxifimos manum alternatim iam dex-  
 tram, iam sinistram gemebundus & tre-  
 mens exponebat ex fenestra acutissimis in  
 Decembri & Ianuario frigoribus, quibus,  
 quandoque omnia crepabant; simulque in-  
 geminabat: *patere, patere, ô sororcula pate-  
 re:* & sic dolores illos, quos ei primum  
 frigora causauerant, augebat; manusque à  
 chiragra vexatas, etiam frigore vexabat.  
 Et tamen (quod mirum est) fiebat, vt  
 manè sequenti manus haberet ad Missam  
 celebrandam idoneas.

Iam ergo mirum vix apparet, eum me-  
 dios etiam inter eiusmodi cruciatus, quam-  
 vis dentes præ dolore concuterentur, con-  
 fessionibus excipiendis vacavisse, nec un-  
 quam potuisse per eos adduci, vt horarum  
 Canoniarum pensum omitteret; sed quan-  
 doque inter orandum manus afflictas aspi-  
 ciebat, & præ dolore verba quodammo-  
 do commordens, oculis manibusque in  
 coelum erectis subinde interponebat: *am-  
 plius Domine, amplius Domine:* vel certè:  
*Domine auge dolorem, Domine hîc ure, hîc  
 seca, modo in æternum parcas; non sunt con-*

C 9

digna

post  
 car-  
 pe-  
 iter  
 nit-  
 um  
 c vt  
 ra-  
 en-  
 ra-  
 da-  
 sus  
 am  
 ar-  
 em  
 um  
 de-  
 fet  
 ne-  
 ent  
 si-  
 ac  
 di  
 a-  
 ni-  
 no



*dignæ passionēs huius temporis ad futuram  
gloriam.*

Quamvis morbos suos omni artificio, & conatu dissimularet, ne ulli esset causa molestiæ, aut ullus eos notare posset; non poterat tamen, quin subinde se contraheret; in d & præ viscerum convulsionibus aliquando quasi convolveret in quempiam angulum conclavis.

Convivijs etiam inter alios assidebat, tunc; dum eum podagra & chiragra discruciat; ubi nobilium Parochorum, & canes sub mensam repentes, eius, & à podagra, & à tumore, hiantibusque foraminibus, & à fonticulis medicis pessimè affectos pedes offendebant cum gravissimo novo cruciatu. Respiciebat tamen in mensa subinde manus suas tremulus vultu sereno placèque hilari, vt nulli assidentium esset gravis, sed potius omnibus iucundus; a deo que comedebat simul & patiebatur, gemebat & iocabatur, ac manu alteram supra alteram doloribus plenam elevata, quasi tactum musicum darurus cantillabat.

Nec, nisi extremâ coactus necessitate, se se componebat ad lectum, in quo tamen nonnunquam duabus aut tribus hærere hebdomadis cogebatur: quo tempore ad-  
mittebat

mittebat aliquid de cibis melioribus, &  
naturæ sublevandæ, ac valetudini restitu-  
endæ aptioribus: subinde autem etiam  
tunc omnia talia respuebat. Morbis suis  
remedia prope nulla adhibebat, ut de eo  
quidem per jocum dicerent. *Pater Chano-  
vysky mendicos amat, medicos non curat.*  
Fonticulos medicos tam obiter curabat,  
ut ille, quem gerebat in brachio tandem  
rursus coaluerit; unde gravissimus ei mor-  
bus exortus, fecit ut Pragam ad medicos  
devehi debuerit, sed tamen in curru rusti-  
cano bobus tractus, aliud enim vehiculum  
recusabat.

Fasciolas fonticulis illis obvolvendis  
necessarias mundabat ipse, easque per hie-  
mem, si aqua deesset, lauabat in niuibus,  
quamvis manus à frigore haberet inflatas  
& scabie ac postulis graues.

Somni erat non tam pauci, quam nullius:  
quia si sanus esset, nunquam mane potuit  
in lecto deprehendi. Unde natura prorsus  
succumbente, medijs quandoque in silvis  
à viatoribus inveniebatur ad alicuius ar-  
boris radicem sedens somno oppressus.

Pediculis scatebat permultis: quos ta-  
met si subinde in gravissimis caniculæ æsti-  
bus ambulans, cum ab ijs nimium afflige-

retur, deductio vestis & indufij collari, iuberet à puero suo exponi; aliàs tamen vermiculos illos foras prorepentes, rursus intra indufij ad suum corpus repõebat. Quamquam eos non erat opus colligere, cum eodem vteretur indufio pluribus septimanis, donec scilicet rursus ad Collegium, aut familiarem aliquam domum divertisset: cumque insuper promiscuè cubaret humi passim in stramine, passimque inter quoslibet assideret, necesse fuit omnino tot eum colligere, & alere, sordes, quas tamen nec ipse vocabat, nec ab alijs vocari voluit *sordes*. Et ne eas purgare cogeretur, variè apud suos excusabat deprecando, *ut sinerent eos hac eius peccatrice carne satiaris; sinerent hunc eius asinum* (ita plerumque suum corpus appellabat) *ab eis rodi: hos esse suam supellectilem, sua jumenta*. In quodam apud Magnates convivio vermiculos illos per vestem reptantes ei quidam morio exprobrauit: sed ille nihil verecundatus respondit: *hos esse suos monitores, quibus ad Deo seruiendum incitaretur*. Aliis hortantibus ne ita valetudinem suam profiteretur, dicebat: *iam ego me his dedi, & ad talia resolui*.

Per viam incedens vestem non elevabat,  
sed

sed solummodo per gyrum succinctam paulò altius attrahebat, vt eâ sic vtcunque promissâ ac ferè inter pedes implicatâ & impeditâ maiorem sentiret molestiam & fatigationem.

Omnes eum quibus agebat familiarius, atque etiam rusticellos illos suorum itinerum comites pueros famulares adhortabatur ad crucis & molestiarum tolerantiam: asseribatque eas esse à Deo accipiendas grato animo, & fiduciâ certâ, quod Deus nos non sinet tentari supra id, quod possumus; sed quòd, ubi divinæ eius sapientiæ ac bonitati fuerit collibitum, ex malis omnibus sit nos semper erepturus; Rusticis quandoque dicebat: *O beati vos rusticelli, si forte vestra uti sciatis! vos enim tot miseriarum, tot iniuriarum, tot vexationum, tot incommoditatum ferendarum occasionibus abundatis, vt Capuccinis aliisque rigidissimorum ordinum Religiosis patientiæ virtute pares esse, magnamque vitam Sanctitatem consequi possitis.*

## CAPUT VII.

### *Zelus animarum.*

**E**A est amoris indoles, vt non contentus dilecti sui amore, amet etiam ea  
omnia

omnia, quæcunque scit ei esse in amore. Iam ergo cum anima P. Alberti, tam pio tamque ardenti fuerit conglutinata affectu animæ Domini IESU, quis dubitat eum præcipuo Zelo profecutum esse salutem animarum, cuius fuisse tam sitientem Dominum suum advertibat. Erat porrò tantus in hoc Dei fervore hic zelus, ut quamvis virtutes plures in eo reluxerint, quia tamen & tempus omne opportunum, & vires corporis, quæcunque habebat, semper visus est impendere salutem animarum, ideo zelum animarum, non immerito dixerimus vexilliferum reliquarum eius virtutum.

Et quamquam prima eius ætas, annique in ministerijs Societatis per diversa loca exacti minùs innotuere, propterea, quod & nemo amplius temporis illius meminerit, nec forsitan ullum habuerit tunc observatorem, præsertim, si ipse dotes coelestes & cor Dei amore accensum, cinere submissi animi conatus est ab oculis hominum sepelire, nec vlla fuit occasio, quæ virtutum suarum fulgorem egeretur aperire, magnam tamen necesse est intra pectus eius iam pridem fuisse collectam flammam coelestium ardorum, siquidem quamprimum

maum

mum se se commoditas & facultas ostendit animas Christo lucrificandi, operi se se Apostolico statim accinxit, in quo deinde ad obitum usq; triginta circiter annis constantissimè perseveravit tanto ardore animi, vt & senium & valetudinem afflictissimam ac graves ex podagra, chiragra, colica pedumque malo dolores & labores maximos, & famem, ac sitim, & quamvis aëris intemperiem, & omnia corporis incommoda præ uno hoc coelesti studio susque deque haberet. Hunc eius animarum lucrandarum tam ignitum affectum, optimè quamvis verbis simplicibus expressit cuius ille Horazdiouicensis, qui de vita & moribus huius Patris rogatus, respondit. *quid dicendum est? Deus bone! verba desunt: Pater ille verè, verè prorsus hunc mundum abiecit, & nec laudes, nec honores, nec cibum, nec potum, sed solum unicum Deum, & suæ ac alienæ animæ salutem, idque solum unice toto corde curavit.*

Quàm verè autem hæc dicta sint, constare vel inde potest, quod nemo eum viderit unquam, aut otiosum, aut alio distentum opere, quàm sola vnica cura animarum, & quidem tam indefessa, vt omnino rarissimè, nec nisi fere ex occasione,

dum

dum à quopiam honoratoris notæ homine inviaretur, prandium per diem sumpsit; sed laborem Apostolicum summo mane inchoatum, nec unquam per diem interruptum, ad seram noctem, sine cibo, sine potu continuârit, ut hominibus videretur ne vno temporis momento quievisse. Vnde ex alio in alium locum migrabat perpetuo: & quamvis sæpe esset pedibus tam æger, totoque corpore tam invalidus, ut vix membra debilia traheret; nullibi tamen consistebat aliquanto tempore, ubi se nullam animarum lucrum sperare posse putaret. Et cum ex eo aliquando auditum fuerit, se quidem paratum esse ac contentum ubiuis vivere; non posse tamen vivere, ubi non posset fructum facere animarum; Deus voto eius videtur obsecutus siquidem, etsi ex morbo articulari decumberet sæpe; frequentius tamen & gravius dum in Collegio manebat, quam dum suas obiret missiones malo illo vexabatur, quasi cælitus etiam indicaretur eum esse ad obsequium animarum à Christo Domino segregatum.

Primis harum eius missionum in Moravia annis, cum subinde ex mediis laboribus revocaretur ad Collegium Olomuncense

cense vt per S.P Ignatij spiritualia Exercitia  
 animum recolligeret, gravibus repente do-  
 loribus capitis obruebatur ad eò, vt Soci-  
 etatis superiores eum ad labores Apostoli-  
 cos nondum elapso consueto octiduo co-  
 gerentur è Collegio remittere, si sanum vel-  
 lent. Quin & præseferbat ille palàm & fa-  
 tebatur se se desiderio teneri, perpetuo ex-  
 tra septa Collegij in salutem animarum  
 incumbendi.

Omne itaque tempus ille huic  
 animarum ministerio vsque ad eò exactè  
 consecravit, vt in missionibus suis apud  
 Magnates nollet in eadem cum illis mensa,  
 sed seorsim potius, quamvis incommodè  
 & tenuiter prandere ac cænare, ne tempus,  
 quod posset animabus lacrandis, & ad De-  
 um ducendis impendere, longis super men-  
 sam colloquijs, & prolixis comestationi-  
 bus perdere cogeretur: quod suum solen-  
 ne etiam Anno 1618. servabat V Visovvecij  
 in Moravia apud D. Melchiorem Docij, ubi  
 seorsim cū socio se P. Adamo Kravvarskij,  
 (qui se se fervori eius accommodabat) in  
 testaceis scutellis tria, eaque plebeia fer-  
 cula sumebat raptim, statimque ad proxi-  
 morum curam se se referebat: quamvis  
 tunc doloribus colicæ, & calculi vexare-  
 tur



tur vehementer, quæ tamen ita dissimulabat omnia diligenter ut nec à Domino loci adverterentur; ne fortè eum in laboribus illis apostolicis, dum sublevare vellet, impediret.

In festis paschalibus relicto V Visovicij P. Adamo Kravvarskij excurrebat ipse in Vngariam, ut ibi copiosiore colligeret laborem, animarumq; messem & fructum sanguinis Christi, quàm larissimè, præsertim ubi esset major operariorum Domini inopia, propagaret. Vnde etiã funesto illo tempore, quo rebelles hæretici Societatem Iesu ex Boëmia & Moravia proscripserant cum V Visovicium Decretum pervenisset, quo non tantum dabatur facultas omnibus Iesuitam, si intra Moravia fines deprehenderetur, impunè occidendi, sed & fortunas omnes illius, qui Religiosum eiusmodi intra suos limites retinuisse convictus fuisset, confiscatum iri denunciabatur, ipse, ne illi tempus fructu & labore vacuum claberetur, secessit in Vngariam, indeque cum multa primariorum è Boëmia procerum ac Magnatum Regi suo fidelium turba Passavium patriam extorris confluxisset, eo & ipse se contulit; ubi feminas quasdam magnæ inter Boëmos nobilitatis,  
Fidei

Fidei restituit orthodoxæ, totoque reliquo ad victoriam vsque in Albo monte prope Pragam a Ferdinando II, Cæsare adversus rebelles hæreticos obtentam tempore, ibidem in sudoribus Apostolicis perseveravit.

Post victoriam illam missus P. agam ad Parochiam S. Nicolai in Parva parte, ubi nunc Societas Iesu Domum Professam habet, circumibat urbem cum campanula, eiusque sono convocabat pueros ad catechismum in templum. Quæ res cum in civitate tunc hæretica esset planè insolita homines excibat in spectaculum, & stuporem adeo, vt D. Ioannes Henricus Chanoovskij Boëmiæ Subcamerarius, eius patruelis pudore ac indignatione plenus, Societatis Iesu Patribus ad se adventantibus conquestus dixerit: *insanitne Patruelis meus?*

Deinde cum R. P. Gregorius Rumer Societatis Iesu Præpositus Provincialis per Boëmiam, inter eum, & P. Adamum Kravarskij Regnum Boëmiæ quodammodo partitus, hunc in districtum Rakonicensem deindeque ad partes Moraviæ Silesiæ & Lusatia propiores, misisset; illi commendavit Districtum Prachensem, Pilsnensem, Połbrdensensem, & Bechinensem, Austriae Bavariæ

ula-  
loci  
bus  
im-  
ricij  
e in  
eret  
um  
ser-  
ini  
illo  
ea-  
cri-  
er-  
tas  
nes  
fed  
um  
on-  
ba-  
ore  
m,  
e-  
de-  
on-  
as  
is,  
dei

Bavariæ & Palatinatui vicinos. Ibi iam ille nullum fecit finem, oppida, castella, civitates, arces, villas, pagos, domos ac casas singulas noctu diuque per annos viginti circumcurfandi, non ventis, non pluviis, non nivibus, non periculis, à milite bello Germanico tunc Boëmiam infestissimè vexante, non periculis à hostibus, à latronibus, à lupis, vrsis: ferisque alijs, non lassitudine extremâ, non senio decrepito, non inorbis, malisve alijs; sed nec vilis suorum dehortationibus, & remorari conantium artificijs impeditus.

Nec ullæ nobilibus ad eum retinendum sufficiebant artes. Nam si sacculum & reculas eius abscondissent relictis omnibus aufugiebat; si custodes apposuissent, fallebat omnes; si deprehensum revocare vellet, & curru aut equis prosequerentur, nihil proficiebant; quia ferreus in semel capto itinere nullâ revocantium vi, potuit eò, unde iam abierat, reduci. Quamquam non faciliè deprehendi potuit, quia latebras adhibere gnarus vel in casa obvia, vel in saltu proximo, aut valle vicina se occultabat, dum ad eum retrahendum missi præterveherentur, & re infecta redirent. Sic & ianua appositos vigiles eludebat dextero  
rimè

terrime; & clavibus ab eis, quasi aliud acturus, aut mox rediturus, impetratis, ad campum, & libertatem suam Apostolicam evolabat

Turbatis in Boëmia rebus Anno 1637. cum post gravissimam Cæsarianis à Gustavo Sueciæ Rege illatam prope Lipsiam cladem, Ioannes Georgius Saxonix Dux Pragam hostiliter occupasset, Budvvicium ad comitia Regni celebranda status Boëmiæ iussu Cæsaris convenère: mox & P. Albertus in comitatu Perillustris Domini Aducti de Augezd postea Fundatoris Collegij Societatis IESU Brezeznicij, eò advolavit animas Deo venaturus; vbi cum nullo ex suggestu idiomate Boëmico facerfermo haberetur ad populum, ipse in sacello S. Iacobi statim eo idiomate conciones exorsus est, quas (cum locus alius deesset in hieme) medios inter Aulæ strepitus, mensæ adstans parabat & scribebat in eo hypocausto, in quo prædictus Dominus cum tota familia habitabat.

In morbo solitus Dozicij apud Fratrem suum Carolum, ne alijs molestus esset, decumbere, si tamen ibi operam suam non amplius utilis, nihilque sibi pro Deo, & animabus agendum restare putaret, impetrabat

bat aliquando se quantumvis agrum deportari in currum, & sic aliquo alio ad operandum avehi.

Si quando Arcem aut Castellum quodpiam ibidem pernoctaturus ingrederetur, rogareturque à Nobilibus, ut die sequenti Sacrum eius Missæ sacrificium celeb. aret; ipse verò nihil sibi eo loco in proximi salute promovenda die sequenti restare præstandum, utiliusque se se operam collocaturum alibi videret; ea verborum forma postulationi eorum respondebat, ut consentienti similis dissimularet consilium: die verò sequenti, primo mane se se inde propripiebat, & priusquam domestici in Arce sentirent eius absentiam, iam ille magnovix confecto spatio alicubi rudes catechisabat, aut sermonem habebat ad populum, aut sacrum peragebat rusticis officium, aut moribundo ad cælum disponendo assidebat, aut funus ad sepulturam Christianam prosequeretur.

Cùm ergo hoc pacto assidue ex pago in pagum, ex oppido in oppidum migraret, ut nunquam consistere videretur, familiarescius rustici id ei quandoque exprobrabant, dicebantque: *Omnia nobis in te, o Pater placent, nisi quod ita perpetuò vageris* innuen-

des se cupere eius presentia diutius frui.  
Sed ille Zelo actus fructum caelestem cupiebat latissimè propagare. Fiebat nonnunquam ut iter, quod homo validus duodecim horis ambularet, ipse invalidus una eademque die percurreret.

Veniebat subinde Nopomukum, aetã jam nocte hieme, nive plenus, frigore pariter & doloribus articulorum fatigatus, locumque calidum, ac lectulum ( pro ea, quam cum loci illius Parocho specialem habebat, amicitia ) ac potum aliquem postulabat, & cum suspirio ( quod & languor fatigati corporis, & ardens erga proximos Charitas dolorque de multarum animarum interitu extorserat ) dicebat, se illã die multos catechisasse, pagos complures obiisse, tria aut quatuor milliaria percussisse. Obijciẽtibus quid ita noctu ac hieme solus incederet, nec ursi aut lubi occursum, nec repentinum in tanto senio tantaque fatigatione deliquium animi, aut casum quempiam metueret alium? respondebat vultu latissimo : *Dominus tuetur : spero in Deum.*

Quamquam autem omnibus se se nullo discrimine impenderet, speciali tamen affectu & cura agebat cum plebe rustica, & vilif.

vilissimis personis, eum pueritia verò & prima ætate studio plane maximo potissimaque parte temporis. Hinc ad eum tota illâ Bœmiæ parte jam ubique notissimum, quamprimum eum advenisse vidissent, audivissent, quidquid erat puerorum puellarumq; ex Schola, ex domibus omnibus quasi dato signo undique currebat effuse gratulatum & salutatum inter jubila, & signa ingentis lætitiæ, inter exhibitas vultu, oculis totoq; corpore amoris testificationes, & vestimēti eius oscula: interq; clamores *Dominus Parens noster venit: venit P. Chanovvsky*. Matres quoq; & nutrices suos parvulos, nondū pedibus niti valentes ad eum deferebant; nec erat indicare opus, quo loco Patrem quæri oporteret; sed ab omnibus recta in templum, si quod ibi erat, concurrebatur; quia noverant Patrem solere eò primum omnium divertere, indeque laborem suum apud eos auspicari. Fatentur hodieque Parentes, longè majori affectu & fiduciâ liberos suos ad Patrem Albertum quam ad seipsos accurrere, ejusque adventum pridem desiderare, suspirare, & absentiam molestè ferre solitos; & si qui eum adhuc eminus adventare subaudissent, mox extra pagos, extra oppida ei occur-

occur-

occurrere consueviffe. Reverebantur nihil  
ominus nec solum amabant Patrem hunc  
suum spiritualem pueri omnes: adeo ut  
commune parentibus ad liberos suos coer-  
cendos esset frænum minari, se eos apud  
Patrem esse accusaturos.

Conciones habebat ad populum, quo-  
ties se dabat occasio; adeoque in civitati-  
bus præter festa & Dominicas, etiam feriã  
quartã & sextã, præsertim per jejunium  
quadragesimale prædicabat; nec ullo libro  
dum se pararet, utebatur: rationes nihilo-  
minus proferebat ad motus animorũ valde  
potentes quibus ferebat corda audientiũ,  
utrãque ubiq; atque in illa plebe vilissima,  
plane mira vitæ conversio consequeretur.  
Modo dicendi utebatur simplici, voce non  
incitata, non clamosa, sed meram verbis  
illis tam pacatis præ se ferebat mansuetudi-  
nem, catechistæ, quàm cõcionatori similior.

Moribundis perquam libenter, & per-  
quam studiosè ac constanter ad esse solebat  
adeò, ut Sacratissimum venerabilis Eucha-  
ristiæ viaticum, cum præ morborum vio-  
lencia, aut lassitudine aliter non posset,  
quadrupedis instar per solum, manibus  
pedibusque reptans ad eos deferret.

Mirum ergo non est, quod personam  
D 2 quandam



quandam Nobilem, dum eum ad ægroti cuiuspiam opem vocatum, conata est in solenni baptismatis epulo retinere, verbis gravibus increpuit, & obiurgavit,

Si quando natura morbo succumberet, ne tunc quidem à zelo cessabat animarum: sed si in scáno aliquo sedés intra hypocaustum (si hiems esset) confessiones excipiebat, præ doloribus articulorum & colicæ tremens ac gemens; vt & sermones ad populum, frigore aut morbis, nimium urgentibus, faciebat, manus chirotecis, caput vestitus mitra, qua per hiemem ad tutelam sui capitis utebatur cõmoda, & pelibus ad arcendum frigus aptè suffulta. Quòd si concionari, aut sacrum celebrare morbus prohiberet, illud nihilominus piè audiebat, & confessionibus excipiendis indefessus vacabat, & quidem nonnunquam tanta constantia, tantòque tempore, & tanto labore, vt Sufficij quadam vice, seu præ contentione loquendi cum Poenitentibus, seu præ siti, seu alia de causa lingua ei fuerit dirupta. Horaz diovicij catechesin in templo exponens ita viribus defecit, vt iam collapsurum necesse habuerint Auditores eius asportare.

Quando ad mensas externorum hominum

num

47

minum aderat, aut iter faciebat pluribus comitatus, nunquam cessabat loqui: sed Deū & res cælestes sine ulla requie loquebatur, explicabat, inculcabat, adeoque mensis, quibus multi aderant hospites, ita, ut non facilis daretur sermonum spiritualium occasio, aderat invitissimus, sequē quamprimum inde expediebat.

Cum Anno 1642. Societas IESU in Provincia Boemæ Praeposito Provinciali R. P. Gregorio Schelicio singulis triennijs haberi solita comitia Religiosa celebraret, ipse, utpote unus è Professis senio. 1. bus ad eadem legitime vocatus (etsi id, si cum reliquis interfuisset, honorificum ei futurum erat) ita deprecatus hoc est, totque ac tantas absentiae, & ne Missiones suas vel tantillo tempore deserere cogeretur, attulit rationes, ut eas pro iustis & sufficientibus Congregatio universa acceptaret, & emanendi concesserit facultatem.

#### CAPUT VIII.

##### *Forma ordinaria Missionum eius & perigrinationum.*

**T**oto quidem anni tempore iuuandis animabus & obaudi Missionibus

Apostolicis diligēter vacabat: præcipuè tamen à Quadragesimæ exordio ad festū usq; SS. Trinitatis; quod videlicet tēpus plerūq; ne solet per Boëmiā cōfessionī ac Communioni Paschali obeundis à Magistratu Ecclesiastico designari. Tūc enim se se peregrinationi magis dabat, & Collegio Clatoviensi egressus intra aliquot menses non redibat.

Cū autem Zelus eius, vitæque integritas esset superioribus Societatis perspecta ætasque iam provecta non videretur aut calumnijs aut suspicionibus malevolorum obnoxia; amplam ei fecerant quocunque tempore sine vlllo comite ad quemvis locum abeundi, atque extra Societatis religiosa domicilia, quantocunque tempore vellent, emanendi potestatem. Hac ille liberaliter vsus nemine advertente sæpe solus abibat, sæpeque ad aliquot tantum horas divertebat in Collegium, ac mox nullo salutato rursus excurrerebat.

Nec minus Eminentissimus Cardinalis Ernestus ab Harrach Boëmiæ Archiepiscopus cognito eius Zelo, fructuque quem in vinea Domini faceret, magnas ei facultates indulfit. Extra Collegiū sua quædā habuit, quasi receptacula, arces vel civitates certo miliarium intervallo à se distitas, ad quas se

se conferebat sæpius, in eis morabatur diutius; & quiete capta rebusque necessarijs, si quibus opus haberet, instructus, rursus inde ad alia loca commigrabat. Atque in his ipsis suis sedibus deligendis rationem habuit salutis animarum: id enim spectabat, ut in eis aut essent personæ quæpiam pietati ac cælestibus valde addictæ, quas ex eius conversatione spes esset multum profecturas; aut homines in fide catholica parum firmi, quos instrueret & firmaret; aut omnino aliqui ab Ecclesia alieni, quos reduceret: ut sic nec quando quiescebat, quiesceret. Talia ejus diversoria erant præcipuè *Blatnensis*, Arx ob illustrissimæ Comitissæ loci illius Dominæ pietatem. *Horaz* Diovicium ob incolarum necessitatem, ac loci advicina opportunitatem: atque ob ibidem sepultum, piæ & ut fertur, Sanctæ memoriæ P. *VVenceslaum SSnihovvsky* è Societate IESU; *Nepomukum* ob speciale Parochi Nepomuceni in se studium, ac loci illius Sanctam erga Divos Adalbertum & Ioannem Nepomucenum memoriam; *Sussicium* recens ab hæresi conversum, ut & *Strakonicium* & *Clatonia*, nondum Collegio Societatis IESU ditata, Arx *Raby*, *Dozicium*, *Valzouium*,  
 D 4 pluraque

pluraque alia eiusmodi castella. Reperta est nihilominus Domina quædam eius cognata in heresi tam pertinax, ut cum annis pluribus Pater unum eius omniarte oppugnaret, atque in eo, quem illa incolabat loco, ultra morem sæpius diutiusque hæreret, nõ tam è efficere potuerit, ut monita eius grato animo acciperet, & vel salte opinione eius sanctitatis late sparsa, aut cœcum ullis virtutum eius exemplis, verisque, saxeum pectus fueret emolliri: cum tandem Augustissima Ferdinandi III. pietate post plures à P. Alberti morte annos ex Boemia in Ungariam coacta migrare, hæc simul secum exportavit. In h'ce suis diversis forijs cubiculum P. Chanovvly habebat aliquod secretum apud Parochum vel loci Dominum, in quod pro laboribus reciperet, è quo sine ullius interpellatione egrederetur, nullius ibidem admittentibus hominis obsequium famulare.

Puerum aliquem rusticellam, quem sibi à noto quopiam Domino ad baiulandam per iter sarcinulam adungi pariebatur; per aliquot menses apud se habitum, postquam & in fide & in pietate christiana probe erudivisset; ad scholas, aut ad quodpiam aliud honestum vitæ genus, procura-

tis illi ad hæc medijs opportunis applicabat; ac tum si collibitum esset alium eodem modo se comitaturum assumebat. Ex hac eius disciplina quidam absolutis studijs ordinem Prædicatorum est ingressus.

Per vias autem ipsas ab animabus iuvandis non feriabatur ullo modo: sed si quos nactus esset viæ comites, eos in fide & moribus formabat; alias obvium quemque in campis rusticum, famulum, puerum, aut quemcunq; demû promiscuè aggressus, salute officijsque præmissis suaviter, & modestissimè interrogabat, quidnam sentiret de Christo Domino? aut quid de illo, deque rebus alijs ad vitam christianam pertinentibus nõsset? essetne aliquando affectu & cogitati onibus suis in vulneribus Christi benedicti? quantum & quomodo Deum precari consuevisset? num cor & cogitationes omnes orationi apponeret? quid cogitaret, sentiretque de quatuor novissimis? atque his & similibus inhærendo gradum sistebat, quam diu expedire, aut per hominis illius occupationes licere putabat: tum se se rursus conferebat ulterius, aliû fortè iterum paulo post ad eundem modam deprehensurus, & eruditurus.

Hinc nullum plerumque viæ suæ termi-

num vel spatium proponebat, sed ut fors  
ferret & occasio, huc aut illuc se con-  
vertebat, aliquando solum uno aut altero,  
aliquando plurius eadem die pagis per-  
lustratis, aliquando milliaribus aliquot, ali-  
quando nec unius dimidio absoluto.

Pagum quempiam sibi eatenus ignotum  
ingressurus, in ejus aditu cantilenam aliquam  
pam vernacule canere incipiebat, & sic pa-  
gum paulatim subbat, eo fere modo, quo  
mendicabala consuevere, donec pueri con-  
currerent aut ipse obvios icunculam ostensa  
blande ad comitandum, & secum canen-  
dum advocaret: & sic cohorte aliquam con-  
gregatam, recta secum illis ad templum in-  
ter cantum conferebat. Quocumque ac-  
cessisset mox ibi ordinatam puerorum puell-  
larumque concinentium acie, supplicanti-  
um ritu pagum sursum deorsum in oppidis  
verò ac civitatibus forum & plateas &  
maneria circumibat. Quodsi interea homi-  
nes alij accurrissent, aut in circulum otio-  
forum incidisset, cum tota sua cohorte sub-  
sistebat, & catecheticum aliquid expone-  
bat, conabaturque omnes secum ad tem-  
plum reducere, ut ibi eis commodius &  
plenius traderet doctrinam christianam.  
Ibi pueris, puellisque ex ordine examina-  
tis,

tis, & quid interim didicissent, auditis, præmiola, icunculas, rosaria distribuebat. Quod si templi copia abesset, saltem juxta aliquam Passionis Dominicæ columnam, aut demum, si nec hæc adesset, frondosa sub arbore in gramine congregatos erudiebat, nihil moratus, etiamsi præter pueros puellasque nemo præterea accessisset.

Vbi eum morari contigit diutius, ibi supplicationes sæpius intra hebdomadam seu mane seu à meridie circumducebat: ipseque eis intererat aliquando linteatus, aliquando nullo insignis Ecclesiastico ornatu. Præibat quandoque in fronte, quandoque inter pueros, quandoque Præcedentes pueros à subsequentibus puellis dirimebat, fere semper ipse cantionem decantandam præcinens, cui tener ille exercitus, reliquusque omnis populus pleno ore respondebat: nisi fortè familiaris, aut cognata ejus aliqua persona sonoræ vocis adesset, huic enim præcinendi munus, quantumvis verecundanti & reluctand imponebat, parvum quid & exiguum hæc omnia pro Deo magno esse inculcans: & sic nobiles suas cognatas foeminas & virgines plebi permixtas canere, plebemque anteire palam cogebat.



Ut autem processui suo majorem face-  
ret splendorem, si vexilla ex templis dee-  
rant, frustum aliquod rubræ, viridis, aut  
etiam, si alia non esset, albæ telæ, baculo  
aut perticæ affixum, imagineque aliquâ  
chartaceâ in eius umbilico asutâ exorna-  
tum, ipse sæpe manibus proprijs sæpius  
puer quispiam præferēbat. Quin & non-  
nunquam in pagis, ut pueris suis plausum  
faceret, plaustrum aliquod oblongum ru-  
dicanum adduci curabat, quo cum pueris  
omnibus conscenso, vexilloque illo præ-  
fixo se se per pagum & viciniam sursum  
ac deorsum magna solennitate, interque  
sacros concentus vehi curabat & revehi, ut  
Christi Domini benedicti de regno Damo-  
nis triumphum in ea nudi plebecula reno-  
vare velle videretur.

Est Boëmica natio pijs cantibus dedita,  
ut quæ maximè quibus olim & in prali-  
ando est usa, seu dum catholicam pietatem  
adhuc coleret, seu posteaquam in turpissi-  
mam Hussi hæresim, & immanem sangui-  
nariamque illam Duce Ioanne Ziska  
barbariem degeneravit. Nuper verò Paren-  
tum postrorum ætate, tota prope in Pic-  
carditarum blasphemam colluviem abiit,  
quia secta illa psalmos Davidicos, unaque

venenum suum elegantissimis idiomate  
 Boemico versiculis & melodijs illigarat.  
 Noverat id P. Albertus adeoque ut nassâ  
 hæc animas Deo attraheret quàm plurimas  
 nihil prope aggrediebatur, nihil perficie-  
 bat sine cantu, domi & in templis. Cantio  
 dabat sermonibus eius initium; cantio eis-  
 dem finem imponebat: cantio omnes eius  
 cum proximo actiones comitabatur &  
 condiebat; tantòque gaudio exultabat ad  
 hæc P. Albertianimus, præsertim si popu-  
 lus magna vaciferatione altissimè, valde-  
 que sonore cantaret, ut dissimulare vultu  
 verbisque non posset. Præcipuis autem ha-  
 bebatur in delicijs piam illam concinendi ra-  
 tionem, in qua præcinente vno reliqui v-  
 num quid idemque non variatum semper  
 respondent; quales sunt Litanie, simi-  
 lesque alie à peregrinantibus ad sacra loca  
 solite adhiberi. Nihilominus præ reliquis  
 omnibus unam quandam cui initium est:  
 M A D V S S E S E N E S P A V S T E G N I S K D Y  
 B O H A S V V E H O. *O anima mea nunquam*  
*dimitte Deum tuum, cantilenam ita adama-*  
*verat, tantoque canebat affectu, ut in illa*  
*Boemix parte cantio illa cognomen obti-*  
*nuerit: Cantilena P. Chanovvsky. In ea*  
*autem erigitur præcipuè anima in singula-*

rem & perfectam erga Deum fiduciam, gratitudinem, plenam in eius manus resignationem, atque in vanissimi & perituri huius mundi contemptum; utque relictis omnibus Dei semper memor ei soli seruiat, credatque omne tempus, quidquid demum in eo agatur, perire inutiliter, in quo Deo & rebus cælestibus non vacatur.

Quo idie post solis ortum celebrabat; & tum ad suos se se pueros erudiendos, aliaque munia conferebat. Festis Dominicis que diebus finito sermone ad populum, ne & tunc à iuuantibus animabus cessaret. plerumque se ultro prandijs rusticorum ingerebat, eis super mensam spirituale pabulum præbiturus.

Visitabat, & intrabat in pagis & civitatibus domum quamlibet, ex eaque se rursus expediebat brevissimè nec fere ultra quadrantem horæ morabatur: ad noctem verò in obviam quamque casam, ad vilissimū quemque, sed tamen ad pastores & opilio nes frequētius libētiusque divertebat.

Sæpissimè eum ab æstu, vel frigore ac pluvijs gravissimè vexari per viam contingebat: quare calidum petebat plerumque suo in diversorio hypocaustum, tum membris etiam iam senio frigescentibus calefaci-

faciēdis tū vestimentis à madore excicādis.

Quando eum apud nobiles contingebat pernoctare, familiam omnem, ipsosque ex stabulis famulos & ancillas sub vesperum advocari in aliquod conclave à Domino impetrabat, pollicitus se piūm aliquid eis narraturum, atque aliquam omnes simul de rebus salutaribus habituros collationem. Et tum more suo iucundè illis proponebat res fidei ac pietatis Christiana, atque etiam ( præsertim si in loco illo esset iam notior ) interrogabat, essetnè, qui boni aliquid dicere aut narrare vellet? tantusque in eum erat affectus, tam secura de eius benignitate fiducia, vt non modo nobiles personæ, sed & famuli & aurigæ, & stabularij ac pueri promiscuè assurgerent, & si quid eis occurreret sine erubescencia in medium præferrent, mox præmium, icunculam, agnum Dei, aut eiusmodi aliud religiosum munusculum accepturi. Quin eò res processerat, vt nec ipse viros nobiles & maturos interrogare, nec ipsi ei respondere, aut si quid præterea haberent vltro palam sua familia, puerorum ac rudium instar exponere erubescerent. Vbi autem familiam hoc modo convocare non erat

oppor-

opportunum, ibi vesperi relictis Dominis,  
 ad fornacem, aut ad aliquem angulum, se  
 inter ancillas & famulos conferebat, &  
 cum eis familiariter spiritualia, & ad eru-  
 ditionem Christianam pertinentia collo-  
 quendo confidebat, ac modum inter ipsos  
 labores orandi, suaque omnia Deo offe-  
 rendi docebat, & pias narrabat historias  
 huic, quam subiungo, similes, quæ reli-  
 quas inter memoriæ renaciùs hæsit, hæret-  
 que etiamnum cum voluptate commemo-  
 rantibus ancillis: fuisse videlicet quem-  
 piam eremiculam, quem de sua ipsius vi-  
 tæ sanctitate magna cogitantem iusserit  
 Deus civitatem adire, in qua Ancillam  
 longè, quàm ipse esset Sanctiorem, vascu-  
 lum seu cadum ex humeris pendulum ge-  
 stantem esset reperturus. Repertam ro-  
 gavit Eremicola, quid totâ die facere con-  
 fuerat: intellexitque eam dum mane-  
 strato confurgens se vestiret perpendere  
 quomodo Iudæi Christum Dominum lu-  
 dico habitu induerint: dum onus quod-  
 piam portaret, quomodo Salvator noster  
 crucem baiulârit: dum comederet, quo-  
 modo ille comedere sit solitus: & sic actio-  
 nes reliquas omnes cõdire sanctis de Chri-  
 sto Domino cogitationibus congruis in-

termixtis affectibus, vitamque totam quo-  
ad posset ad eius componere imitationem.

Noctu P. Chanovvsky si dormiret, cu-  
babat promiscuè humi in stramine, vel in  
lecto prout occasio, fors & ratio ferebat.

Sarcinulam vnam aut alteram secum de-  
ferebat semper, quamvis alteram puer eius  
famulus (si talem secum haberet) gestaret,  
In his præter pauperrimam supellectilem,  
I. bellos habebat Boëmicos, icunculas, the-  
culas agnorum Dei rosaria, aliaque huius-  
modi præmunuscula, quibus puerilem z-  
elatem, aliosque ad ea, quæ Christianis  
scitu sunt necessaria promptè addiscenda  
alliceret; simulque bene meritos, & in re-  
bus eiusmodi discendis sedulos præmiaret.  
His baiulandis sæpe viribus ita deficiebat,  
vt sarcinulas illas per terram post se ali-  
quando trahere cogeretur: visusque est  
sæpius Dozicio, vbi subinde diebus ali-  
quot æger decubuerat, viribus necdum re-  
stitutis repentè effugere tam debilis, vt  
dum montem vicinum celeriter, ne ab in-  
sequentibus deprehenderetur, conscende-  
ret, sarcinulas illas humi raptaret.

Dederat vero munusculis illius Deus  
gratiam in conspectu hominū, vt grandæ-  
vi viri nobiles icunculam ab eo in præmi-  
unt

um alicuius Christianæ eruditionis coram alijs declarata publicæ acceptare non dignarentur.

Quia tamen libellos illos ipse emere cogebatur, nec tantum habere potuit sumptuum gratis, ut pro tot libellis sufficerent, quot ille inter populum spargi latissimè optabat; hinc non paucos ipse per suos familiares vendebat pretio, quàm poterat levissimo; quod deinde mittebat Pragam Patri Georgio Feto Societatis IESU, talium libellorum autori & scriptori, unde plures deinde tales libelli ei submittebantur, quo factum est, ut in Boëmiæ parte plurimum invaluerit piorum libellorum, sacrarumque cantionum Catholicus usus.

### CAPUT IX.

*Industria quadam speciales ad salutem animarum solita ab eo adhiberi.*

**C**UM Anno 1618. cum Patre Adamo Kravvarsky in Moravia ageret VVilfovicij apud Dominum Melchiorum Docy, effecit, ut pueri aliquot subditi in Arce à Domino illo alerentur, quos scilicet  
ibi

91  
ibi commodiùs posset , & exactiùs in fide  
Catholica informare. Evocatus est præterea  
ex Academia Olomucensis studiola juven-  
tute aptus quidam Iuvenis , qui eorum a-  
geret Pædagogum : quorum tamen supre-  
mam curam ipse Pater sibi reservavit; eosq;  
in orando , & Missæ inserviando erudie-  
bat , atque per eos dramata , piaque spe-  
ctacula , ingenti Toparchæ illius voluptate  
coram populo producebat : quem morem  
& alibi servavit ad mortem usque , etsi sa-  
pe nullo prope apparatu hæc exhiberet;  
sed vel solos in veste simplici & vîrâta pu-  
eros certo ordine , ac numero iuxta aram  
maiolem in templo collocabat , qui mu-  
tuis interrogationibus & responsis præci-  
pua fidei ac pietatis capita commenda-  
bant. Apparatum nihilominus , si quem  
poterat , non omittebat : unde & anseri-  
nas alas grandes sua in sarcina secum  
ferebat , quibus ad humeros puerorum  
candido indusio vestitorum affixis mox  
personatos angelos rusticæ plebi produ-  
cebat.

Frequens illi erat in civitatibus , & op-  
pidis inducere homines paulo opulentio-  
res , ut pauperibus pararent prandia ; qui-  
bus & ipse intererat , mendicisque illis mi-  
nistrabat



ministrabat ad mensam humillimè, ac precet  
 ante, & post prandium consuetas, aliasque  
 insuper pro benefactoribus illis speciales  
 piè præ orabat, cautiones præcinebat, su-  
 per mensam pium quid narrabat, & scitu  
 ad salutem necessaria explanabat. Quo-  
 dam tempore propter militares circum-  
 quaque incursationes, in Raby (à Ioannis  
 Ziffæ in obsidione illius castris secundo e-  
 tiam oculo penitus amisso excæcati me-  
 moria celebri) Arce, coactus est unde-  
 cim integris hebdomadis magnâ sua mo-  
 lestiâ habere, tanto interea congregatorum  
 solatio, vt etiam nû commemorent se dies  
 in vita sua iucundiores non egisse. Hoc  
 tempore, præterquam, quod quoties pos-  
 set ad oppidum proximum excurreret, to-  
 tum se tradidit tam domesticis, quam ho-  
 spitibus, atque adeo militibus intra Ar-  
 cem illam conclusis quàm sanctissimè ex-  
 colendis. Circumibat certo tempore  
 arcem totam, omniumque cubiculorum  
 atriola cum campanula, cuius sono tum a-  
 lios omnes, tum milites, eorumque Præ-  
 fectos convocabat ad collationes spiri-  
 tuales: quas tanto Patris fervore raptus in  
 stuporem adibat etiam Protribunus mili-  
 tum acatholicus, quamvis ne verbum qui-  
 dem

dem Boëmicum intelligeret, & Pater Germanicam non admodum calleret, paucaq; germanicè in gratiam militum præsentium interponeret. Conversus nihilominus homo ille ab hæresi est, & Catholicis aggregatus. Ibi etiam quandoque sanctos Patronos mensuros præsentibus distribuebat: cumque de pietate hoc priùs Boëmicè Germanicèque fuisset præfatus, usumque ac fructum huius rei exposuisset, legebantur à non nemine designato præsentium omnium nomina, ac tum ad suum quisque nomen accedentes, flectebant genua, magnaque humilitate sanctum suum Patronum à Patre porrectum accipiebant. Duabus suis consanguineis Virginibus eo tempore commendavit ancillas omnes in catechesi, piisque cantilenis quotidie instruendas; à quibus ipse vesperi pensum & rationes acti temporis exigebat: atque, si quid negligentia deprehendisset, non eas, ne animis debilitarentur, sed instructrices Virgines reprehendebat; si verò probè sua didicissent, pio præmiolo honorabat. Accidit eodem tempore, ut Arcis eius Dominus P. Alberti patruelis, diem quendam festivum agere voluerit, cupieritque Virgines nobiles illic præsentibus honestis choreis

indul

indulgere. Accurrere illæ consilij veniæ-  
que causâ ad Patrem suum Spiritualem qui  
in Patruelis gratiam id eis tunc quidem  
permisit, sed prius edocuit, ut dum reve-  
rentiæ signa, pedum corporisque inflexio-  
ne essent facturæ, non hominibus, sed An-  
gelis custodibus ibi præsentibus se ea face-  
re cogitarêt, utq; choreas illas permissas ac-  
ceptarent, nō quasi iucundū aliquid, sed tā-  
quā grandē pro delictis suis penā; atq; adeo  
divinæ Majestati hoc nomine eas præfereret.

Cū per civitatem Sufficensē hæreti-  
cis tunc valde infectam erroribus, pueriles  
suas turmas, cum cantu circumduçtaret,  
solebat alicubi in foro, ubi populi con-  
cursum sperabat, aut ante eam domum, in  
qua non nullos adhuc hæresi laborantes  
habitare intellexisset, repentiē cohortem  
suam universam sistere, & quasi agens  
aliud, pueros signo dato cogebat in globum  
mox eorum aliquos jam probè in Cate-  
chesi versatos interrogabat publicè de con-  
troversa quapiam quæstione, aut ipsos  
pueros inter se interrogare, & respondere  
jubebat: & sic accepta hinc occasione, cū  
jam grandiores natu ( quos & modus ille  
christianæ institutionis tam novus, & pue-  
rorum tam mira eruditio in stuporem, &  
audien-

audiendi aviditatem raptos advocârat) confluisse cerneret, prolixius ipse & clariùs verba puerorum totamque controversiam exponebat, ut sic spectatores circumfusi, quorum nonnulli Templum & Catechesim Catholicam adire nunquam volebant, nonnulli etiam privata Patris colloquia fugiebant, alij sensa animi sui, & adversus fidem orthodoxam dubia palam facere formidabant, alij denique institutionem catechetica[m] petere erubescabant; hîc sine pudore, & impedimento ullo etiam inviti veritates Catholicas imbiberent.

Quocunque accedebat, diligenter ex suis familiaribus exquirebat, quænam ibi regnarent vitia, quibus in rebus delinqueret familia, quid peccare solerent ancillæ &c. & mox privatos publicosq; sermones præcipuè in defectus & vitia illa convertebat, eorum exaggerabat gravitatem, ad ea vitanda exhortabatur.

Est in plebe rustica hæc in Boëmia passim consuetudo, ut ancillæ, quæ filis ducendis in hieme dant operam, certam in domum vesperi conveniant: ubi una cum filis, sermones ducunt longissimos in seram noctem, ænigmata varia solvenda mutuò proponentes, aliâque tractantes, ludicra, interpositis

positis subinde rædio levando varijs cantilenis. Utitur hac occasione Dæmon peropportunè; & præterquam quod colloquia ænigmata, & cantus inducat parum honestos, immiscet etiam fæminis mores famulos, quorum ex consortio multa obscœna proferantur & perpetrentur. Hanc ergo sedem Dæmonis P. Chanovvsky curâ aggressus singulari, eam ex inferni palæstra in Gymnasium pietatis christianæ pluribus in locis feliciter convenit. Ea siquidem conventicula frequentabat & ipse, sumptis secum pijs, quibus nunquam carebat munulculis & libellis: quin & nobiles fœminas secum eò adducebat: ibique vel auscultantibus omnibus pijs narrabat historias, seriamque habebat ad virtutes cohortationem, vel colloquia cum eis miscebat opportuna de rebus divinis; quin molestus ne esset, corridebat, quandoque & subcachinnabatur, ac ænigmata proponebat spiritualia: v. c. *Quid esset simul trinum & unum? Sanctissima Trinitas: quid esset omnium pessimum? Peccatum: qui essent, qui nunquam mori possent quantumvis velent? damnati: ubi viveretur sine ullo profusus incommodo? in calis: quis nobis maximum prestitit beneficium? Christus Dominus.*

*nus: quisnam esset singulis diebus festis in templo, & nunquam tamen ab ullo videretur? Christus Dominus in venerabili Sacramento: quæ esset Mater & Virgo, Sanctissima Deipara &c. Atque hæc ænigmata aptè dissolventibus præter collaudationem publicam, manusculum aliquod largiebatur; & tum piam aliquam cantionem omnibus prosequentibus inchoabat; & sic mediam noctem, aut etiam u't a cum illis perseverabat.*

Tam grata hæc ejus pietas hominibus accidit, ut & viri grandævi ad hæc conventicula accurrerent verba ejus audituri; quin & ancillæ hanc conventiculorum suorum, etiam illo absente, servabant formam, tempusque ita piè spiritualibus sermonibus & cantibus, ac eis, quæ vel in catechesi, vel ubivis bona ac pia audivissent, repetendis, & sibi mutuo inculcandis insumebant, ut imposterum non tam ad flanducenda, quàm ad collationes spirituales convenire videri possent. Idocuit easdem sacras, quæ sub Missæ sacrificio canari vulgo solent cantiones; quas illæ deinde festis Dominicisque diebus, ut major esset solennitas, unâ cum viris, & cantoribus in templo sonore, pieque concinnebât.

E

Quam

Quam autem sanctum hunc fervorem Divina bonitas gratum haberet, vel inde patuit, quod eum vice quâdam ex ejusmodi conventiculo jam sera nocte ad suum, in cujusdam rustici casa, diversorium redeuntem, duo elegantuli caelestes ephebi accensis facibus sint per pagum profecuti; nec prius deseruerint, quam rusticus herus ei pulsanti fores aperuisset.

Popinas publicas ingrediebatur passim, atque ubi exultantes rusticos audiebat, mox se se eis immiscebat : ibi eos potantes humanissimè blandeque salutabat, & quid agerent, rogabat; quibus respondentibus; *Se bibere*, id approbabat, ac inter eos medius assidebat, è poculoque à propinantibus acceptato non nihil bibebat, potum illum dilaudabat inquirens, quisnam eum fecisset? quis hominibus dedisset? statimque hinc ad Dei amorem, & venerationem, fugamque offensæ omnis, quanti Benefactoris amicitiam demereretur suaviter eos excitans subijciebat : *O ergo Deum ipsum amate! o illum non offendite! nos quidem à Deo rogamus solum in oratione Dominica panem nostrum quotidianum; at ecce superaddidit ille & potum, carnes, pultes, butyrum. O amate igitur tam libera-*

beralem datorem! & praestituri gratitudi-  
nem cras ad Missam, ac debitam orationem  
convenite: non vos deterreat magnitudo  
mysterij, ejus enim difficultates facile cras  
vobis sum expositurus. Nonnunquam in-  
ter pocula exultantibus inferebat. O si  
tanta est hic letitia inter pocula, qualem  
erit gaudium in caelo. Aliquando rusticis  
apud calces facundis, multasque adversus  
suos Dominos ac Caesarem ob ejus tempo-  
ris bellicas calamitates querelas effluentibus,  
initio quidem nihil obfistebat, sed eis  
specieterenus consentiebat, dictaque ap-  
probare videbatur; at vero deinde in suam  
suaviter eos trahebat sententiam expone-  
batque ordinem & nutum divinae provi-  
dentiae, ac obligationem, qua eos Magi-  
stratui oporteret esse subjectos, superio-  
rumque suorum reverentes & amantes,  
quantumve calamitatibus illis inesset bo-  
ni, si eis frui scirent & vellent: Et sic eos er-  
ga Caesarem ac Deum pariter, atque ad cru-  
ces calamitatesque huius vitae patienter fe-  
rendas optimè animatos relinquebat.

Aestate adjungebat se messoribus in agris  
eisque more suo pius bene precans, spiri-  
tualia aliqua subungebat, laborem eorum  
solabatur; se se apud eorum Dominos pro  
E 2 bono



bono aliquo eis præbendo cibo interces-  
surum pollicebatur: & sic sine illorum im-  
pedimento vestigia sequebatur, divina sine  
intermissione interserens & inculcans, do-  
nec vesperi domum redeuntibus cantio-  
nem quampiam sanctam, quæ apta esset  
magnâ vociferatione cantari jubebat ab  
aliqua sonoræ vocis ancilla præcini, vix  
ipse, præ divinæ dulcedinis abundantia  
cum pos animi, quam interpositis suspirijs  
& vocibus testabatur identidem quasi at-  
tonitus, & admirabundus exclamando:  
*Deus nobiscum! Deus nobiscum! o quàm est  
hoc bonum! o quàm pulchrum tam sonore  
cantare, sic Deum collaudare!*

Historiarum, veterumque monumeto-  
rum, & gestorum in Boëmia erat peritissi-  
mus, & eaque scientia etiam ad animarum  
salutem utebatur. Namque dum iter cum  
alijs faceret, ne perpetuis de Deo sermoni-  
bus eis esset rædio, subinde quædam alia de  
rebus auditu dignis, & jucundis, ex oc-  
casione vicinorum, aut occurrentium lo-  
corum, montium oppidorumque inter-  
ponebat, quin & huiusmodi non pauca,  
omnia tamen rebus spiritualibus affinia, &  
ad animum facilius ad cælestia traducen-  
dum aptissima scripto collegit.

Nobi-

Nobilibus Virginibus sibi familiaribus utebatur etiam ad opem animarum; & quod per se solum non poterat, per eas effectum dabat; per eas convocabat alias ad templum, inducibatque ad varia mortificationem genera; per eas piorum libellorum usum late spargebat. Quodam tempore die S. Procopij seu 41 Julij Przibramium, civitatem tunc adhuc hæreticam, sibi que ignotam cum nonnullis feminis nobilibus venit; ubi cum domos præ fatigatione & imbecillitate corporis circumire non posset, medio in foro super quodam saxo cõsedit & illas circum domos & plateas ad populum convocandum dimisit, ac tum congregatos est sic sedens exhortatus ad fidem & virtutes Catholicas; totamque demum multitudinem cum cantu & ordine bono deduxit ad templum Sanctissimæ Virginis Deiparæ in monte sancto, ibi pleniorum facturus sermonem. Ab ea die Przibramensibus factus notior, sæpius ad civitatem illorum ventitabat.

Secedebat quandoque cum iisdem nobilibus feminis a tumultu hominum inter veterum ædificiorum parietinas, oculis tamen omnium patulas, easque tum circa proprium vivendi modum, tum quomodo

per earum curam alia ad Ecclesie unitatem  
 reduci ab hæresi possent, instruebat; quin  
 & consulatione instituta sententias earum  
 exquirebat, b uo pacto Fides Catholica  
 esset quam maximè propaganda; quomo-  
 do apud omnes commendanda: quomo-  
 do pietas ubique promovenda, diligenter-  
 que suadebat, ut si quas scirent sceminas  
 acatholicas mutuâ inter se amicitia colligatas,  
 darent operam, ut uni earum fidem  
 catholicam persuaderent: fore enim, ut de-  
 inde hujus exemplo & hortatu facillimè  
 etiam amicæ ejus fidem orthodoxam am-  
 plecterentur.

Neptis ei erat ex fratre Carolo Dozicij  
 Domino nomine Catharina, quam ille,  
 quia pietati addicta magis virginitatem  
 servare ad mortem proposuerat, singulari  
 prosequèbatur favore, ita ut quamvis Do-  
 zicio proximus, si tamen eam domo abesse  
 intellexisset, plerumque locum illum  
 præterire sit solitus, atque alio se conferre.  
 Eam ergo, ut verus Pater ad omnem ex-  
 colebat virtutem, ejus operâ in salutem  
 proximi utebatur plurimum, nil moratus,  
 quod id sæpe illa erubesceret, nec nisi fi-  
 liali erga eum coacta metu & reverentiâ,  
 ea præstaret. Huic libellorum plenas  
 com-

committebat sarcinas inter alias personas  
 nobiles suis occasionibus levissime diven-  
 dendorum, ut propterea ipsa abiverit  
 pluribus nobilibus in fabulam & risum,  
 qui quoties eam adventare videbant, haud  
 dubie venire eam cum sarcinis per jocum  
 dictitabant. Commisit eidem flagello-  
 rum (quæ illa à Patre Alberto edocta con-  
 texebat) & ciliciorum eodem modo, sed  
 secretissime distribuendorum curam, seve-  
 ramque addiditque cautionem, ut nullam  
 unquam personam, quæ cilicium aut fla-  
 gellum ab ea accepisset, evulgaret. Et  
 fiebat, ut fæminæ nobiles permultæ ab ea  
 ulum cilicij vel flagelli secreto edoctæ, ta-  
 lia crucis Christi instrumenta coëmerent,  
 quæ à viro P. Chanovv ky accipere fuif-  
 sent verecundatæ. Quin & cum Dozicij  
 maneret, eam cum pueris accipiebat in  
 comitem per pagos proximos pueris puel-  
 lisque catechizandis adiutricem. Per  
 quadragesimam verò, catechismi curam  
 totam in sua absentia illi & seniculo cui-  
 dam ibidem committebat, mandabatque  
 ut quotidie pueros puellasque omnes ante  
 vesperum in templum ad *Salve* (ut in Boë-  
 mia vocant) decantandum cogèrent; eo-  
 que finito starent ad templi foras, & ex-

cunctes singulos ordine examinarent, num  
scirent crucis signum rite formare; num  
orationes necessarias memoriâ tenerent,  
actum, quos præmiolo dignos deprehen-  
dissent, ijs particulas panis melle illitas  
donarent.

Hæc enim etiâ P. Alberti fuit industria, ut  
ubi eum libelli, rosaria, icunculæ, agni  
Dei defecissent, ne pueris suis nihil daret;  
de semellis aut pomis, pyrisque ac prunis,  
& persicis, alijsque seu recentibus seu sicca-  
tis fructibus, aut frustulis panis butyrô  
aut melle conditis, vel placentulis provi-  
deret, quibus dum in catechesi diligen-  
tiores præmiabat, pollicebatur plura, pul-  
chrioraque eis se daturum, ubi plura dis-  
dicissent.

Flebat quandoque Virgo illa Catharina  
ob frequentes consodalium Virginum ali-  
orumque in his irrisiones, atque ob per-  
petuas illas sibi puellæ jocos amanti, & lu-  
dicra magis affectanti, ingratas huiusmodi  
occupationes: cumque dolorem suum sæ-  
pius Patri Alberto exponeret cum lachry-  
mis, non aliud ab eo retulit, quam sequen-  
tia; *non nocet, non nocet, tantum durate  
pro gloria Dei.* Eidem fuit autor, ut reli-  
ctio paterno domicilio migraret Pragam,  
ubi

ubi scilicet longè plura ad spiritum Deo integrè sacrandum esset habitura adju-  
menta.

Fuit præterea & Virgo altera eius con-  
sobrina, quâ is ad pietatem inter alias plan-  
tandam non minus utebatur: sed ab ea,  
nûc morbo nimio mente mota, nihil eorû,  
quæ de P. Alberto scivit potuit cognosci.

Neque tamen Pater ipse, quoties pote-  
rat occasionibus deerat, etiam fæminis,  
præsertim viduis, & illis, apud quas ho-  
spitari subinde solebat, pietatem omnem  
cilicijque & duræ cubationis, ac aliarum  
spontanearum corporis afflictionum usum  
persuadendi, lentè, circumspectè ac ju-  
cundè rem insinuando hac vel simili praxi:  
*Audite Domina, piam, quæ mihi de vobis in-  
cidit cogitationem; quid vobis videtur? inci-  
dit mihi, ut pro Deo proque peccatis vestris  
uno è lecto vestro pulvinari subducto per dies  
aliquot cubetis? quid vobis pro Deo & pec-  
catis vestris videtur?* Et quamvis oppone-  
rent fæminæ, non eam sibi esse consueta-  
dinem; consilium illud sapere aliquam no-  
uitatem; non esse somnum impediendum;  
nec scire se, quomodo aliter, quàm hacte-  
nus affueverint, esset cubandum; vrg b it  
ille nihilominus renitentes ad faciendum

periculum per dies aliquot, rem certè eas  
deprehensas pro Deo & peccatis non  
admodum difficilem; & sic demum sua-  
viter ac fortiter primo ad unum, tum ad  
alterum, ac denique ad totum molliorem  
lectum pro Deo & peccatis deponendum  
eas inducebat,

Solebat aliquando Blatnâ aut Kaffovicio,  
aut alio quovis è loco qui nos, aut octo-  
nos assumere pueros, cum quibus is plastro  
conscenso præfixis in fronte geminis vexil-  
lis, & statua sui IESU intra unius pueri  
manus ibidem constituta se se curabat bo-  
bus per loca larè vicina circumvehi pias  
per viata rotam concinendo cantiones, at-  
que in obvio quolibet pago sub istendo, &  
si quos posset catechisando, donec tandem  
cum tota hac pompa Dozicium ad Fra-  
trem suum Carolam loci illius Dominum  
medios inter canus ingressus, pueros ci-  
bis paulò lautioribus accipiendos ad do-  
mum Fratris sui mitteret, ipse cibi oblitus  
rectâ ad Dozicenses catechisandos conver-  
sus. Quin & pueros in catechismo utcu-  
que versatos devehi curabat, ad pagos &  
oppida, in quibus feri adhuc moribus, &  
inculti ac rudes essent pueri, ut illorum  
cultiorum exemplo hi mitescerent, nec  
ca-

catechesin horrerent. Quod ut facilius  
maiorique cum fructu omnium efficeretur  
pias comœdias in locis, ubi plebem mori-  
bus reperiebat magis horridam produce-  
bat per pueros aliunde eductos, ut sic  
incolarum affectum & fiduciam erga se lu-  
craretur.

Pias aliquas meditationes, precesque ma-  
nu sua conscriptas in unum conpiugebat  
libellum, munus cuiuspiam Deo devotæ per-  
sonæ oblaturus, quod ut esset gratius, sin-  
gula fere inter folia icunculas quamvis sim-  
plices, mysterio & precibus, illis accom-  
modatas affigebat. Ut autem tanto magis  
haberet omnia in munis suis Apostolicis  
expedita, & in promptu bene grandem  
conscripsit librum eorum, quæ pro cate-  
chesi essent populo proponenda, ut &  
compendiosam Præceptorum divinatorum  
expositionem ac peccatorum in sacro Tri-  
bunali examinandorum catalogum, tum  
historias selectiores, ac demum conditio-  
nes boni ac numeris suis absoluti Confes-  
sarij, pluraque alia linguâ Boëmicâ typis  
vulganda, inter quæ liber fuisse dicitur de  
SS. Sacramento Altaris sub titulo: *Eucha-  
ristica Boëmica* Censoribus; porrectus cuius  
tamen solû aliquod vestigium potuit nunc  
deprehendi.



## CAPUT X.

*Fructus aliqui laborum Apostolicorum.*

**E**T si pleraque ipso narrationis contextu sunt exposita, quæ in provinciis nostris salutem Deus est per famulum suum Patrem Chanovvsky dignatus operari, dicenda tamen restant aliqua, quæ vilius est hic seorsim collocare.

Cum nescio quo casu delatus in Provincias Poloniae, versaretur in quadam Russiæ arte, contigit locum illum à rebellibus rusticis aliquibus obsideri: quas inter angustias progressus ipse ad fenestram sermonem ad plebem illam habuit tam ardentem affectibus, tam efficaciæ rationibus, ut pietate ac spiritu eius, & Sanctorum verborum vehementia commoti rustici, sponte ab obsidione illa recesserint, & pacis conditiones iniverint cum obsessis.

Aliquot civitates in hæresi pertinaces totumque districtum Prachensem cum parte Bechinensis Pilsnensis, & Podbrdensis ad Catholicam reduxit fidem.

Libros hæreticos, nil dolorem fremi-  
umque ullius moratus, exussit innumera-  
rabi.

rabiles, quos, etiam si in cellariorum abditis occultissimos, deprehendebat artificiosè, & protrahebat in rogam,

Antequam Augustissimæ memoriæ Cæsaris Ferdinandus II. edicto publico Boemos omnes iussit esse orthodoxos, iam ille fratrem suum Carolum induxerat ut Dozicium cum pagis eò pertinentibus Ecclesiæ restitueret: qua in re ipse indefessus laboravit inter rusticorum odia, quibus erat cognitum hæc omnia eius interventu patrari. Curaverat ibi templum adornari elegantius; ac super Altare S. Aegidij veteri depositâ, imaginem novam apposuit: sed cum pictor sancti huius faciem pinxisset specie juvenili, qua priori in imagine senem referebat, hoc ipsum obstinati hæretici acceperunt pertinaciæ suæ scutum, atque cum Patre Alberto ne quidquam lapsum pictoris excusante altercati, contumaciter exprobrabant, raptum sibi Sanctum senem, & substitutum juvenem; male se fidem priorem tenere cum Sancto veteri, quam cum hoc sancto juveniculo novitiam religionem.

Templa reparavit, ornavitque plurima: quædam etiam, ut S. Rochi supra Breznicum de novo ædificari procuravit,

110

ibidemque agrum sepulturæ publicæ coëmit, cum prius Breznicensium funera per quarum horarum iter nullo prope, ob tanti spatij laborem, comitante, ad locum sepulturæ solerent deportari.

Scholas nitenti, bonoque passim per pagos & oppida ordini restituit.

Clattoviarum ritum induxit illum, quo saceris Dominicæ passionis ferijs publicè interga flagellis sævitur, atque ad id saccos seu togas è rudi tela parari à pijs fæminis faciebatur, quarum formam & modum cum illæ ignorarent, ideas eis & prototypa faciebat ipse ex papyro, & ad imitandum proponebat.

Collegij ibidem Societati IESU erecti primarius est ipse auctor, eo in negotio plurimum à Perillustri Domino Aducto de Augezd tunc Boëmiæ Subcamerario, & Collegij itidem Societatis IESU in territorio suo Boreznicij Fundatore. Quæ res cum magnas haberet principio difficultates, P. Albertus zelo suo actus audacter ingressus Pragæ ad illustrissimum D. Don Martinum de Houfferta, ab eo, ut ex ijs, quas Clattovia possidebat, unam aliquam domum Societati inhabitandam, donaret, verbis simplicissimis postulavit. Tergiver-

satus

Citus nonnihil Dominus ille, sed mox, ut Pater secum peregrinationem ad Beatissimam Virginem S. Cruoris in Bavaria obiret, petijt: ex qua peregrinatione redux, publico in foro, præsentè Urbis senatu, domum quendam Societati ibi donavit, cui mox eodem in vestigio adiecit & domum aliam liberalitas illustrissimæ Herulæ Colovratianæ, quam prædictus Dominus apud se pro filia adoptiva alebat.

His factis initij, cum alimenta Collegio sustentando defessent, Nobilitas, quæ circa Clattoviam præ reliquis Boemiæ locis est copiosa, tantùm in P. Alberto animarum Zelum, & indefessos pro Deo labores advertens, conjuncto studio, per literas ad Ferdinandum II. supplices, quibus 20 sigilla appresserant, Collegium Societatis in Civitate Clattoviensi institui postularunt, opibus suis ad homines Societatis ibidem tam diu alendos oblatis donec eis reditus legitimi perpetui assignarentur: quod & à pijsimo Cæsare facile impetrâunt.

Et quidem Collegium illud hac tempestate, priorum ac præcipue Illmæ Comitissæ Luciæ de Kolowrat, natæ Comitissæ de Martivict, fratris; jus Illmi Georgij S. R. & Comitissæ de martivict supremi in Regno  
Boe-

Boëmiæ Cancellarij munificentia eo ascendit splendoris, ut cum primarijs Provinciae domicilijs contendat.

Neque tamen Collegij principia posuisse contentus P. Chanovvsky, studiosæ juventutis Seminarium ibidem promovit quàm maximè, pueris bonæ spei tota illa regione undequaque collectis: quos subinde plenis Clatoviam curribus ad Seminarium advehebat, cum priùs, ejus itidem opera inter Patrem Seminarij Præsidem, & puerorum illorum parentes de sustentationis pretio convenisset.

Nec minus & reliquos literarum studiosos omni ope adjuvabat, vitæ necessaria magno studio procurando, cibos eosque nonnunquam proprio subtractos ori subministrando: ut propterea studiosi juvenes eum haberent ac venerarentur ut Filij: atque Clatoviæ morantem turmatim sequi solerent, ut Patrem.

Et verò stetit fructus operæ: ex illis siquidem pueris præclari nunc in utroque statu viri complures Ecclesiam pariter & Rempublicam sustentant ac ornant.

Ea erat à Deo in adjuvandis moribundis donatus felicitate, ut duros, & agrestis conditionis, atque in scelere obstina-

tos peccatores ad pænitentiam, quin & ad lachrymas eo in vitæ articulo adduceret per lapem: id quod à multis prodigij loco habebatur. Cōcionibus suis non raro Auditores movebat ad lachrymas & graves affectus memoriaque in populo etiamnum affectu plena superest cuiusdam ejus sermonis in Rabij die sanctorum omnium de gloria & Beatitudine cælesti habiti, quo Parocho ac Toparchæ, Auditorioque toti lachrymas elicuit uberrimas.

Familiares sibi personas ad egregiam adduxit vitæ sanctimoniam, ita ut nobilissimæ, delicijsque innutritæ Herulæ & Virgines dure, & sine pulvinaribus fuerint cubare solitæ; cilicijs, modisque alijs carnem affligerint; inter quas una ei sanguine juncta, præter plurima deinde semper edita sanctitatis heroicæ signa, etiam tempestate frigidissimâ solebat incedere nudipes, sic, ut calceis supernè integris soleas inferne abscinderet, quod fraus, & crux eius homines lateret: atque hoc modo templa hieme adibat, & in eis diu, & per illarum quas in sacri Adventus ferijs primo mane celebrari solitas Rorate vocamus, Missarum tempus perdurabat. Videbatur hæc Virgo Deum in rebus, cogitationibusque suis

suis omnibus præsentem semper pijsimè intueri, ita eum perpetuis inclinationibus adorabat assiduè, ut vultus totiusque corporis compositione ac modestia venerabatur, Religiosum deinde ingressa claustrum se totam Deo inter Sanctimonialis consecrauit.

Multos in hæresi saxeos, & nullis mobilis diu machinis, facile & citò ad Ecclesiam P. Albertus reduxit: quos inter & Anna Mariana Gezovvska ordinis Equestris Matrona cum viginti circiter annis omnem aliorum operam lusisset, ubi in Patrem incidit, intra octidui circiter spatium orthodoxis est aggregata.

Sic & Domina Anna Benedovva nata ex familia Dominorum VVratislavv cum diutius detrectaret Fidem Catholicam, tandem accidit, ut dum adesset Catholicis, operante patre Alberto, sacris, & publicæ populi Communioni, visa fuerit sibi videre sacram Hostiam totam cruentatam; quasi divino indicio monstraretur, carnem Christi junctam sanguini sub una specie contineri. Obstupuit primùm; mox uberes effusa in lacrymas indoluit se mysteriū illud tanto tempore credere noluisse; quin & gravissima cæpit affici poenitudine, quòd  
cùm

cum reliquo Catholico populo eam Sacram Synaxim tunc non cepisset. Quamprimum ergo Ecclesiae aggregata est, & Ven. Eucharistiam sumit imposteriorum Catholico ritu.

Iuvat & sequentem cuiusdam ex Illustrissimis Boemiae foeminis ad Catholicos accessum exponere, quem P. Albertus ipse literis consignavit, cuius proinde verba visum est hic annumerare.

*Domina Anna Hirsliana nata Sanovvskiana dum exularet Passavij cum multis Proceribus Regni tempore rebellionis, Anno 1618, catholicam Fidem suscepit hoc ordine. Nostri illi proposuerunt sanctam consuetudinem Ecclesiae, qua ad minimum semel in anno quivis circa Festum Pasche communicat. & cum illa in Paschate Passavij sit futura, & dicat se esse catholicam, esse illi confitendum, & sub una specie communicandum cum aliter Passavij non communicent, nam illa haecenus catholicis confitebatur, & ab illis sub utraque specie communicabat, errores tamen hereticos in corde retinens occultabat. Quod si in Boemiam ad catholicos esset eundem jam illic abrogatam esse sub utraque communionem, ad hereticos autem predicantes Boemos transire nefas esse, cum nihil conse-*



consecrent. ad Apostatas autem Boemicos  
 Sacerdotes transire non licere illi, quæ sit ca-  
 tholica, nisi suspectam se velit facere, aut  
 manifeste ostendere, hæreticam cum magna  
 & Boemorum exulum, & Passaviensium  
 offensione, qui ægerrime essent laturi, tole-  
 rari aliquam hæreticam in Episcopatu catho-  
 lico, quam sustentaret Archidux Leopoldus,  
 Episcopus respondit se accessuram ad Confes-  
 sionem sed non ad communionem & quidem  
 nominatim ad me venturam. Cui respondi,  
 me nullo modo daturum absolutionem eo,  
 quod iam deprehendissem illam in aliquot  
 hæreticis erroribus, & etiam ideo, quod non  
 velit communicare sub una. putans non esse  
 in ea communionem integrum Sacramentum.  
 Nihilominus quodam Festo venit, & mihi  
 confiteri voluit, cui præfatus sum, & repetij  
 id, quod ante protestatus fui, me non audi-  
 turum illam, nisi in hoc loco sacro, Deo &  
 mihi promiserit se communicaturam sub  
 vna. ad quod illa: si ego ei in hoc loco sacro,  
 nomine Dei promiserem, me ad illam adhuc cum  
 vno Patre venturum, & bona conscientia  
 vtrumque promissurum, quod sic communi-  
 cans non sit peccatura, se id facturam: id  
 quod ego illi mox promisi, atque adeo hoc  
 peracto exhomologesin illa fecit. Narrabat  
 autem

autem se vidisse in sacro, Calicem elevatum  
 inversum & omnino vacuum: P. Adamus  
 Kravvarkij & ego, ad illam venientes, di-  
 cebamus DEVM ostendisse, etiam sine calice  
 & speciebus vini corpus & sanguinem Chri-  
 sti esse sub una specie, neque Christum esse divi-  
 dendum. Monita deinde serio à P. Adamo, vt  
 non peteret plura à Deo miracula, fleuit  
 quasi iam victas manus daret, ac tandem,  
 circa Pascha confirmata à P. Georgio von  
 der Boon, ad sacram Eucharistiam se  
 rursus paravit. Erat autem in domo Domina  
 Iudith à Kolovvrat Baronissa nata de Stern-  
 berg, eodem spirituali morbo laborans, quæ  
 jam aliquid de conversione prædictæ Domi-  
 næ Annæ subolfaciens curiose per ancillas  
 investigabat quidnam ageret, deprehende-  
 runtque eam Confessionem conscribere: sed  
 illa dicebat se literas ad suum Dominum ex-  
 arare. deinde ab eadem Domina invitata ad  
 canam, cum propter reverentiam sacra Com-  
 munionis sequenti die futura ieiunaret, ex-  
 cusavit se quod multa superessent scribenda  
 ad seram noctem, sed cum iterum interroga-  
 retur, quoniam in templo, & qua hora esset  
 cras futura eo quod Domina Iudith vellet  
 suas ei ad sacrum audiendum ancillas adiun-  
 gere, respondit sibi nondum de loco & hora  
 consta-

constare. Sequenti die summo mane, hora quarta, cum Sacellum nostrorum quod alias semper clausum erat, nostri enim alio oratorio utebantur ex conducto aperiretur, ecce femina honesta stabat præforibus, cupida intrandi: sed P. Georgius illam conabatur prohibere eo quod prædicta Domina Anna sine arbitris suam devotionem cuperet peragere verum illa sibi revelatum asserebat, ea hora hoc sacellum apertum iri, & hic se ea die fore Catholicam: ut propterea & Pater & superueniens Domina postulato eius fuerint assensu, atque ita Deus huic Patri unam promisit, & duas misit. & ecce dum communicant, venit ancilla Dominae Iuditha à Kolovvrat, & rediens omnia quæ conspexit, Dominae suæ retulit, factumque est, ut exemplum huius, agente eodem P. Georgio, secuta paulo post fuerit, & altera Domina Iudith ovili S. Ecclesie etiam ipsa coniuncta.

Exstat volumen grande sumptibus Christophori Chanovvsky ejus patris, hortatu præcipuè Dominae Baronissæ Seyberkianæ typis editum, vitam Christi Domini ac DElparæ, reliquorumque per annum celebrium Sanctorum vitas, idioma te Boëmico à P. ALBERTO scriptas complectens, quibus ad calcem quædam etiam

ex suis Eucharisticis Boëmicis de venerabili Sacramento adjunxit:

Denique ardenti ac incomparabili hoc suo zelo, lucratus est Deo animas innumera- biles, quas hæresi, sceleribusque ereptas fide orthodoxâ, & pietate ac virtutibus imbuit in locis plurimis, præsertim VVISO- wecij, alijsque locis per Moraviam, tam in Vngaria, ac demum in Boëmia Taborij, ubi primus omnium catechesin Catholicam publicè etiam per plateas explicuit Clatto- viæ, totoque districtu Prachensi, alijsq; ad- jacentibus: quæ tamen loca omnia zelum ejus non capiebant, auditus siquidem non rarò est cupere, quin & sperare, verbum DEI & jam per Turciam se quandoque disseminaturum.

## CAPUT XI.

### *Humilitas Patris Chanovvsky.*

**N**Overat P. ALBERTUS Deum Opt. Max. velle solum habere laudem ac gloriam omnis boni operis ac fructus, præsertim, qui ex animarum conversione colligitur; priusquamque esse viri Apostolici  
vir-

virtutem Humilitatem, adeo, ut frustra laboraret, frustra que à Deo opem ac successum bonum expectet is, qui vilitatem & imbecillitatem suam non habet ob oculos semper propositam.

Huic ergo virtuti se se addixerat ille penitus ex corde. Etsi autem quæ dicta sunt hæcenus quæque dicentur adhuc, fere mera quædam ac profundissima humilitas esse videantur; non abs re tamen fuerit de virtute hac agere specialiter, quæ in eo fuit planè specialis.

Nullam ille videbatur penitus frigidi illius verbi: *quid dicent homines?* habere rationem, nec erubescere vitam pauperem & contemtibilem agere in conspectu omnium, esseque vili in oculis mundi; nec verecundabatur inter vilissimos hominum, interque mendicabula plerumque versari, cum eis per plateas eundo pia canere, aut mendici instar onustus sarcina per frequentissima civitatum loca adeo & per pontem Pragensem ambulare; nihil erat denique ad Dei obsequium, zelumque animarum pertinens, cuius eum coram quocunq; perficiendi puderet. In confessa quorūcunq; etiam ignotorum nobilium, ipse si res patiebatur pias cantiones aliis primus

mus præcinebat & inchoabat generosissimè; iannās & opprobria per castella & oppida tollerabat animosè & hilarissimè; honores quasi rē valde abominabilē fugiebat.

Curribus, ut dictum est, nolebat vehi: si tamen plaustrum vilissimum rusticorum, præsertim à fimo & luto foedatum, sordibusque vehendis destinatum, à hīs aut vaccis tractum, atque in civitatem vel celebre aliquod oppidum iturum nactus fuisset, tale ultro conscendebat, eoque se per fora media, etiam Pragæ, quasi in triumpho de vehi curabat:

Vultu suo ad modestissimam quandam submissionem semper composito, Angelicam præferrebat suavitatem; à qua mores reliqui, gestusque decori non discrepabant; & quamvis faciem semper servaret cum gravitate affabilem, ac serenam, & quodammodo ad risum compositam; ridebat tamen tam raro, ut quoties id accidisset, miraculum accidisse familiares eius per iocum affirmarent.

Voce utebatur plane submissâ, ac tenerimâ, & cuiusdam quasi dulcissimæ humanitatis plenissimâ: ut quisquis vel semel ei collocutus fuisset, agere cum illo frequentissimè ac familiarissimè peroptaret.

F

Ne-

Nepomytensem parochum, apud quem peccata sua non raro pro sacrae confessionis tribunali expiabat, solebat post peractam confessionem osculari. Sinebat quandoque pedes suos morbidos ab aliquo dicti Parochi famulo aqua tepida lavari: ut tamen ad id obsequium admitteret ipsum Parochum quamvis multum obsecrantem, nunquam potuit exorari.

Capillum gestabat brevissimum: & ad pellem usque attonsum, eumque succrescentem, statim per quemvis proximum rusticum iubebat abscindi.

Nunquam sinebat aut pedes tibialibus, aut ulla vestimentorum parte se se ab ullo exui, ut nec a famulari illo puero itinerum suorum comite.

In Dominorum, praesertim sibi non admodum familiari usu cognitorum convivijs, aut ubi locus, sanctis super mensam sermonibus non esset; postquam ex obvio & vicinissimo in mensa ferculo tantum comedit, quantum sat ei videbatur, non expectato sine prandij. orbem suum compositum una, altera vero manu sedile, cui insederat, arripens, nec petita venia, demisso capite surgebat a mensa, ac rebus illis sepositis, rursus ante mensam consistens

stans

stans in omnium oculis, manus pijsissime  
complicatis Deo pro percepta refectione  
agebat gratias; & quantumcunque rogæ-  
retur, ad convivas non redibat; sed satis se  
comedisse affirmans, & necessitatem rusti-  
cellorum in catechesi erudiendorum præ-  
tendens ad pueros rusticosque suos abibat  
omnio exorabilis.

Si quando rustici, quorum mensas am-  
biebat, paupertatem suam excusarent pe-  
tebat ab illis farinæ, salisque modicum, eo-  
que in aqua decocto vescebatur. Fiebat  
nonnunquam, ut dum pagos obeundo ca-  
sam quampiam calidum aliquod edulium  
vacuo stomacho largiturus subiret nullum  
mortalium præter infantulos, aut puellam  
aliquam si inveniret, sed parandis  
edulijs hi ipsi sufficiebant: ollam enim à  
puellula impetratam implebat aquâ, igni  
apponebat, tritum inijciebat panem, salis  
aliquantum, atque si habere poterat, butyri  
frustillum, vel quidemusmodi superaddebat  
junctoque cum puella illa studio pultem  
aut jus ventriculo suo à tormentis colicæ  
malè discruciato præparabat tanta animi  
simplicitate, & demissione, ut matres rusti-  
cæ domum reduces, cum senem ac venera-  
bilem hunc virum canis nive instar consper-

em  
nis  
am  
lo-  
cti  
ra-  
im  
m,  
ad  
re-  
um  
us,  
llo  
um  
ad-  
vi-  
am  
vio  
um  
non  
m-  
cui  
de-  
sil-  
ali-  
ens





sum, moribus Angelum inter infantes reperuiscere, & artem coquinariam exercere viderent, copiosis præcordi tenerritate lacrymis perfunderentur.

Et verò P. Albertus ita se se teneræ ætati accommodabat, ita parvulorum captabat benevolentiam, ut eos manu ductaret, eos affaretur blandissimè; visuq; erat iucundissimum aspicere illum per compitaperam pomis plenam bajulare, quæ deinde in puerorum ac puellarum cumulo bene meritis dividebat.

In Arcibus & Dominorum habitaculis tam rarus nisi necessitate aut fructu animarum exigente manebat per noctem, ut meminert homines, qui Breznicij toto sexennio habitaverant eum, quamvis sæpissimè eò accederet, nec semel ad Arcem pernoctandi gratiâ divertisse, sed in cuiusdam tabellionis prope cæmeterium casa solitum noctes agere.

In hospitij in quibus à via & laboribus doloribusque fessus, sine delectu pernoctabat, ita hinc super stramen temere iuxta puerum itineris sui socium se se proiebat, ut subinde pedes pueri faciem eius contingerent; nihilque esset in strato illo commodi, nihil ordinati.

Chi-

Chirothecæ, quibus ex panno nigro confectis, & pellibus suffultis hieme manus tegebat, non erant more passim usitato, in quinque digitorum formam dispersitæ, sed quales sunt usitatæ rusticis, in quibus solus pollex prominet, seorsim, reliquis quatuor digitis uno comprehensis involucre.

In Collegio Clatoviensi, si quid ei præstissent nostrates commodi, ut si tibia, aut vestem à pluvia madidam exsiccassent, aut interiora vestimenta variassent nullum faciebat finem gratiarum, quasi illa collata forent mendico vilissimo, ita se se iudicabat omnibus hisce obsequijs penitus indignum unde & in fortis ultimæ cubiculum quoties ad collegium venerat se se recipiebat.

Donabant ei viri nobiles, alijs eius familiares nonnunquam aliquot anseres, quos ille admirabili profectò rarissimæ humilitatis exemplo ad Societatis Iesu Collegia aliquando Clatoviam per tria plurave, aliquando etiam Pragam per duodecim & tredecim milliaria Germanica pellebat, nihil moratus, quò coram occurrentibus per tantum viæ spatium notis ignotisque viatoribus, mille habiturus esset occasiones erubescendi, molestiamq; toleraturus non exi-

quam, dum & passu tam lento auferes illos ei qui, & subinde eos á tramite devios colligere, subinde iis pascendis subsistere, ac demum noctu in diversorio clamores strepitumque eorum pati cogeretur.

Multicognati, multique alii, quin & Religiosi aliqui hanc tantam eius abiectionem reprehendebant; & quod, etiam dum Pragensi ad S. Bartholomæum Convictui Regens præfideret in toga incederet valde atrita ac semilacera aut certe è panno rudissimo, villisque pleno confecta, vitio illi dabant, eumque publicè obiurgabant: quas tamen ipsas erubescendi, honoremque proprium conculcandi occasiones avidus ipse placidissimè amplectebatur. Patrus eius Boëniæ subcamerarius ei tanquam probum obiecerat aliquando, quod tam abjecto vivendi modo profapæ suæ esset dedecori; sed hoc ab eo responsum religioso ioco aspersum retulit: *nihil ó Domine Patruæ hoc interest: ego dedecori, sed Dominatio vestra vitiosissimè suo vivendi modo erit profapæ nostræ honori.*

Mo b' articularis vehementiâ in lectum abjectus, & digitorum privatus ulu, cùm aliorum manibus cibum caperet & potum læpiusque eveniret, ut frustis esculentorum de-

deciduis conspergeretur, aut potu perfunderetur, nullam tamen vel tenuissimam visus est impatientis animi umbram unquam præ se tulisse, sed mitissimi instar Agnelli semper dulcissimus permanebat.

Si quando, dum Clatoviæ adesset, Drama quodpiam à Societatis nostræ hominibus populo conringeret exhiberi, operam & ipse suam conferebat, puerosque vestitu comico diligenter exornabat. Quin eo submissionis animus illius processerat, ut dum in pagis ac oppidis sua & ipse dramata induceret, si interea rusticello in scenam inducto hæsitaret memoria, nec is ea, quæ oportuit verba sciret proferre ad populum, ipse pueri prædibat loco ejusque suppleturus vices, palam dicebat ad populum verba illa, quæ puero recitanda commiserat, atque hoc & hoc rusticellum illum dicere debuisse, dicereque voluisse addebat longè majori consecuto ad pietatem in spectatoribus animorum motu, quam si scena errore omni caruisset.

## CAPUT XII.

*Paupertas Patris Chanovvsky.*

**M**ater humilitatis paupertas est, adeoque cuius animum tantopere  
 F 4 occupa-

occupavit filia, eius in corde, & Matrem Sanctam paupertatem habitasse facile est suspicari.

Res omnes humanas contemnit ad cōp. Albertus, ut ne vestigium pravæ cupiditatis in eo appareret. Omnia quærebat semper vilissima & abjectissima, nec ab eo potuit impetrari, ut elegantius aliquid assumeret, aut vestem novam indueret, plurimis ad hoc usus industrijs ne à superioribus lacernas suas melioribus mutare cogere-  
retur; tantum abest, ut hominibus externis, alijsque quibus nulla erat in eum auctoritas, spem relinqueret aliquid eiusmodi à se unquam impetrandi,

Astu ergo quodam tempore eum est aggressus non nemo; cuius tamen nomen hæcenus, ut & facti huius locus ignoratur. Dormientis Patris religiosam togam nimio usu vehementer attritam, aliam quãdam elegantem, & figuram quidam à veste Societatis Iesu Religiosis portari solita, non abssimili, sed è materia quapiam nitidiore, & floribus pressis conspersa alicubi noctu commutarunt; nec id Pater cum mane, idque for è ante lucem, se indueret, sed nec deinde diebus aliquot advertit; ita nimirum animo à terra avulso cogitationibus

bus

bus omnibus in cælo habitabat. Contigit tandem, ut familiaris quispiam ei togam illam novam tam elegantem gratularetur: & tunc Pater oculis in vestem conversis fraudem primò advertit, ductoque ex imo pectore suspirio vultu toto verecundiam ostendit; atque ex illo statim vestigio, cum nesciret ubi, aut à quo toga illa subtrusa esset; aut quot diebus in ea circumivisset, gradum Clatoviam convertit, ubi veste illa peregrina posita, aliam è panno simplici in Collegio assumpsit.

Pileo utebatur vilissimo & vetusto, quì circa caput undequaque dependulus tantum, creabat molestiæ & impedimenti, quantum adversus aëris injurias præsidij afferebat.

Cum in Rabij Arce (ut dictum est capite 9.) moraretur; quidam militaris Præfectus cognomine Lafossa, hunc talem eius attritum planeque inutilem pileum miseratus, Passavia ex Bauaria alium pretio quatuor imperialium afferri curavit, eiq; donavit: quod donum cum Pater excutere sine offensa non posset, accepit tunc quidem cum gratijs, sed ubi primum potuit, Clatoviam se se contulit, ibique pileo illo P. Rectori Collegij illius tradito, alium to-

30

tius Collegij vltimum suis usibus accepit.

Tibias vestiebat semilaceris tibialibus, quæ assutis ac superassutis lappis sæpius reficiebat: nullaque subtus ad cutem alia è lino tibialia adhibebat.

Qua à Matronis pijs accipiebat nonnunquam pro suo usu dono indusia ea esse facta oportebat ex tela crassissima: alias vel ea omnino repudiabat, vel obvio mendico donabat ex templo, identidem dictitans *assuum suum* (ita corpus appellabat) *tam delicate non esse tractandum*. Abunde iam supradictum est, quàm vilibus sive escis delectatus; const. b. tamen rusticis, aliisque passim omnibus cura, & quando epulari vellet, præcipuè in sculo è coagulo confecto delectari magis, & rapis flavis, aut simili quopiam plantè abiectissimo esculento. Vltimæ omnino notæ cerevisiam, quam *raram* vocamus, ille non raro eibi loco sibi curabat apponi, sed calefactam; in quibus scilicet i. tibus, & frigenti ventriculo suppetias allaturus. Sæpe accepta à vicino rustico parte panis & caferi facere prandium consuevit apud limpium aliquem fonticulum. Priusquam Collegium Clatoviæ esset erectum, apud Viduam quandam

quandam non lucupletem, diversorium e-  
 legerat; ut & alias ad pauperiores longè,  
 quàm ad divites libentiùs se conferebat, a-  
 deo, ut apud nullum consanguineorum su-  
 orum læpius, maiorique cum voluptate  
 sit visus commorari; quàm apud Germa-  
 nam suam sororem Magdalenam, utpote  
 reliquis pauperiorem; quæ quid palato e-  
 ius arrideret probè gnara, aliud ei non ap-  
 ponebat, quàm panem & pisa, & non-  
 nulla è farina parata cibaria pauperibus  
 non inusitata: apud quam tamen dicebat  
 ille tractari se nimis adhuc delicatè. Die-  
 bus esurialibus nobilium mensas piscibus  
 graves, ut poterat, fugiebat, seque con-  
 ferebat elanculum ad eos à quorum pran-  
 dijs domestica inopia pisces iussisset exula-  
 re.

Vt autem maximam ex hoc rerum om-  
 nium terrenarum contemptu ortam animi  
 fui quietem, & caelestem quandam lique-  
 scentis pectoris lætitiã declararet, cano-  
 nillare solebat nonnunquam vultu hilario  
 ri verba sequètia sermone boëmico (ST A-  
 RAL SEM SE GIZ SE NESTARAM: VV-  
 CERA SEM ME MALY PENIZ  
 DNES NIC NEMARA) *Sollicitudine affli-*

*ctus*

ccē-  
 bus,  
 s re-  
 alia è  
 nun-  
 è fa-  
 s vel  
 dico  
 ns a-  
 tam  
 iam  
 s de-  
 aliis-  
 epu-  
 con-  
 auē  
 nēn-  
 nam  
 o h-  
 eni-  
 nri-  
 pra-  
 cere  
 all-  
 ium  
 tiam  
 adem





ctus, curis anxius fui, iam non affligor; heri habui obulum, & hodie nihil habeo.

Pro suo in administrandis officijs parochianibus labore accipiebat quidem subinde stipendium aliquod perquam exiguum; ut à tamen indicabat statim non se illud in usus proprios converturum, sed templo reparando, aut exornando applicaturum; dabantque propterea etiam pauperes rusticæ pecuniam, perquam lubentes, & bene contenti.

Ordinaria, quam secum circumferebat ubique iupellex, præter parvuli IESU statuam ligneam, præterque libellulos, imagines, rosaria, agnos Dei, grandi cuidam sacco coriaceo inposita, erat pecten, ignitulum, cereus, tintinnabulum, hostiæ, emplastræ, forficulæ, & curandis medicis fonticulis necessarius apparatus. Nullum cultrum, nullumque habebat mantile, sed unicum servabat stropholum, quo & faciem pro mantili abstergebat, idque in rivis obviis eluebat ipse, vel eius puer, ac deinde super pileum extenuum per viam ad solem exsiccabat.

Consanguineis suis nullas divitias, nihil procuravit temporale, sed quosdam ex eis reliquit, ut prius erant, valde egenos.

## CAPUT XIII.

*Castitas, cultus Sanctissimæ Virginis & obedientia Pater Chanovvsky.*

**S**Vperfluum quærere videtur de vita Patris Chanovvsky puritate, & conscientia cura: qui enim omnes tantâ contentione Dæmoni, & peccato ereptum erat, quomodo in sordibus & vitiorum luto ipse hæere voluisset? quin non modò peccatum nullum, sed nec peccatorum vestigia in eo remansisse videbantur, ita nulla passionum violentia rationem unquam perturbabat. Angelo quàm homini similior, quem etiam dulcissima vultus sui modestia moribusque verè Angelicis referebat. Quam verò puram omnis sceleris animam circumferret ex Reverendissimi Domini Sebastiani Zbraslavvky S. Metropolitanæ Pragensis Ecclesiæ Canonici testimonio patere potest qui P. Alberto pro sacro tribunali frequenter aures dare solitus, tam innocentem operabat animam suam sincera & suis nunciis absoluta in articulo mortis exomologesi expiatam Christo iudici post obitum siltere, quàm innocentem Pater Chanov-

vsky ad Sacramentum poenitentiae solitus  
fuisse animam suam expiandam afferre.

Aegrotus feminas non modo per diem  
circa lectum suum, aut saltem in eo, in  
quo iacebat conclavi, non patiebatur; sed  
nec cibos earum manu sibi volebat prepara-  
rari, nisi Matronae essent honestissimae, ei-  
que sanguine aut affinitate coniunctae, &  
à pietate in Deum notae: quales S. philip-  
pus Nerijs etiam ad lectum suum sternen-  
dum nonnunquam admittere solitus me-  
moratur. Permittebat etiam P. Alberrus,  
quando famuli aut viri alterius copia faci-  
lis non erat, sibi aegrotis, & manibus à  
chiragra prorsus impedito, cibum imponi  
in os à nepte, aut à sorore. Quadam vi-  
ce rogatus, ut ad nundinas Pilsnam cum  
nobilibus pergeret: pridie quidem condi-  
cere videbatur: sed mane ubi feminarum  
cumulos eodem ituros vidit, valetu-  
dinem excusavit; donec feminis illis iam  
avectis, ipse curriculum alium impetravit,  
& solo puero suo comitatus, venit ad illas  
nundinas libellulos pios, & apparamenta  
templorum coempturus.

Multus erat in suadendo ut Virgines fa-  
ciem oblectae incederent, olimque ita e-  
templo & veneratione sanctissimae Virgi-

nis Deiparæ à Virginibus fuisse passim factitatum assererat.

Canes, ob castitatis ut creditur, amorem, odio prosequeretur, eosque apud amicos suos tam ægrè tolerabat, ut si eorum turbas domo remove-re nollent, ab eis offenso similis discederet, & alia se se conferret in loca.

Hinc Sanctissimam Deiparam Virginem puritatis omnium fontem & speculum, tanquam Patronam singularem colebat obsequiosissimè. Eius Rosarium per viam dum itinera sua Apostolica peragebat semper gestabat manu, illudque tacitus assiduè volebat. Ad miraculosam Divæ Virginis in Bavaria imaginem dictam ad S. Cruorem pietatis causa minimum quater per annum iitabat. Ad Sanctum item Divæ Virginis Montem in Boëmia iuxta Pribramium situm, tunc primum ibi, frequentari ceptum veniebat subinde religionis gratia, & montem illum, quandoque ingenti molestia, ac difficultate scandebat lentissimo ob pedum labores, gradu.

Fuisse porro Sacratissimæ Virginis Albertum vicissim in amoribus vel inde liquet, quòd eum dignata sit eo honore, ut ipse fundamentalem sacræ illius ædiculæ,  
 quæ

quæ ad normam Lauretanæ prima in Germania partibus ab illustrissimo S. R. I. Comite Floriano Zparlky de Sora in quodam eius territorij, viginti quatuor millibus passuum P. aga dissito nemore (vnde & ædicula illa cognomē traxit Divæ Virginis in filvula) fuit erecta, fundamentalem, inquam ædis illius lapidem iuncta cum prædicto Comite opera suis ipse manibus locaret.

Virtutem religiosæ obedientiæ ut primarium Societatis IESU tesseram vehementer P. Albertus coluit vehementerque adamavit. Quid quid ei à superiore fuisset impositum, momento exequebatur; non imperia, sed vel solos nutus excipiens promptissimè, aut si quocunque demum modo voluntatem Superioris intellexisset. Insinuaverat ei P. Collegij Clatoviensis Rector Andreas Stredonius, ut ad Sancti Patriarchæ Ignarij solennitatem Clatoviæ adesset; cumque deinde pridie eius festi cælum esset in gravissimam resolutum pluviam, omnes Patrem Albertum affore desperarunt: sed adfuit ille tamen in tempore, quamvis ne siccum (ut aiunt) filum attulisset.

Erat sanguine illustris quædam fæmina, in cuius animo hæresis tam profundas egerat

rat radices, ut omnium conatus eluderet, putareturque imposterus actum acturus, quisquis eam ad Ecclesiam reducere cogitasset. Ioci ergo gratia ac per ironiam P. Provincialis dixerat Patri Alberto, iret & dominam illam converteret, Sed arrepto ille baculo Collegio egressus est sine ulla mora, & ad Dominam illam novem circiter milliaria distantem, est profectus gratiæ Dei, & auspicijs obedientiæ confusus.

In missionibus suis, si ad obsequia Domini cuiuspiam à Superioribus assignatus fuisset, ei Dominus ut Patri Rectori suo in omnibus obtemperabat.

#### C A P U T. XIV.

##### *Amor erga Societatem IESU.*

**V**Ocationis suæ æstimationem quandam eximiam & sublimem semper prætulit P. Albertus, non tantum in eo, quod regulas, & statuta Societatis IESU accuratissimè servavit omni tempore & occasione, nihilque sit solitus aggredi præter superiorum suorum aspiciam; verum etiam, quod de bona Religionis suæ apud alios

alios propaganda opinione sollicitus, eius institutum non solum Sanctæ vitæ suæ exemplis, verùm & verbis solitus fuerit commendare. Vnde si quem erga Societatem minus bene affectum inaudiisset, dolorem ostendebat, atque ad hominem illum se statim conferebat, & obsequiis suis Apostolicis, veræque Sanctitatis violentiâ primùm in sui, tum in totius nostri ordinis amore pertrahebat; quod & Sufficensi civitati contigit, quæ cum esset Societatis Iesu nomine utpote tunc adhuc hæresis Sufficensi veneno admodum infecta, vehementer infensa, ubi Patris Alberti labores, & Sanctitatem experta est, mutatis prorsus animis institutum nostrum magnopere cepit amare, palamque profiteri, se Iesuitas omnino apud se exoptare, quorum mores ac spiritum in Patre Chanovvsky viderent.

Neque minus in eo suum erga Societatem animum declarabat P. Albertus quòd cum non auderet viros Societatis nostræ eo tempore superstites laudare, statim saltem Societatis nostræ & viros, quos ipse in ea adolescens ac deinceps viderat, laudibus efferebat eximiis, asserens, nihil in Societate fuisse nisi Charitatem, Sanctitatem, nemine alteri contradixisse, nullum in

inter eos exortum fuisse unquam odium, cunctos cogitationes omnes unanimiter contulisse in Deum, & Ecclesiae emolumenta, & adiumenta, se se tunc primos haeresi in Boemia dominatrici opponendo, pios libros assidue edendo, & pro animabus infatigabiliter desudando: quod tamen specialiter Brunæ se vidisse narrabat, ubi dicebat quosdam Patres sibi miram Sanctitatem spirare visos, quos inter ponebat PP. Olerum & Dignaverum: Tum etiam quempiam P. Scultetum Boëmicum ibi Concionatorem, qui Brunæ fuerit solitus placas, forumque circumire, omnesque ac etiam milites passim ludentes hortari ad pietatem. Nec minus etiam laudabat Sanctitatem P. Martini Stredoninij, quamvis tunc adhuc superstitis. Quin & ut Societatis Sanctitas, nostrique Instituti ratio esset etiam vulgò notior, Vitam S. Francisci Xaverij transtulit in linguam Boëmicam eo ipso tempore, quo munus Rectoris Collegij Crumloviensis gessit; quamvis liber ille typis excusus fuisse non videatur.

Quoties verò P. Albertum à morbo decumbere foris contingebat, mittebat pro Religioso Fratre aliquo Coadjutore Clatoviam,



toiviam, vt eius ægritudine tantisper adesse-  
ret, ne ministerio externorum uti coge-  
rerur: mox tamen ubi aliquantum conva-  
luit, aut saltem, ubi primum vires eas re-  
cepit, ut cibum posset ori manu propria  
admovere, remittebat eum ad Collegium,  
ne laborum suorum fortè supra vires gra-  
vium cogereetur esse focius; nève ullus es-  
set idoneus aliquis virtutum Arbiter &  
Spectator.

Quamquam si nihil Societati aliud mu-  
neris contulisset, nisi tam gloriosam Apo-  
stolicorum, atque ad instituti nostri amul-  
sim, & S. Patriarchæ Ignatij dictamina,  
Sanctique Francisci Xaverij exempla, exa-  
ctissimorum morum memoriam, & veri  
cuiusdam è Societate IESU in Vineam Domini  
operarij ideam; ornamenti certè satis in eâ  
cõtulisse satisq; ei præstitisse bonorum jure  
merito censeretur: at divinæ Bonitati prop-  
ter pium eius erga vocationē suam affectū,  
visum est dono quodam maiori Societatem  
nostram cumulare. Namque vt supra ex-  
posuimus, eius præcipuè apud Deum ac  
homines meritis, debet Societas IESU Col-  
legij Clatoviensis initia pariter & progres-  
sum. Tametsi enim clementissimus Cæsar  
Ferdinandus II. Collegium in civi-  
tate

tate illa erigi sit assensus, Religiosis tamen  
 è Societate nostra ibi collocatis vitæ susten-  
 tandæ necessaria propter gravissimas belli-  
 cæ illius tempestatis calamitates non sta-  
 tim suppeditabantur. Pater ergo Kanovvs-  
 ky pro proximia sua, qua ardebat charitate,  
 omnem impendit operam, vt nostros ibi-  
 dem collocatos aleret; quod & præstitit,  
 annis compluribus vitæ necessaria pro il-  
 listoro illo Districtu mendicando magnâ  
 industria, magnoque labore. Eisdem & de  
 supellectili domestica providebat cura  
 prorsus paterna, per pias, præsertim quas  
 ab hæresi recens extraxerat, nobiles, aut  
 opulentiores Virgines ac Matronas. Tan-  
 to autem, postquam spem propinquam  
 Collegij Clatoviæ constituendi esse intel-  
 lexit, gaudio diffuebat, vt nec in sermo-  
 nibus publicis id posset dissimulâre: sed  
 Clatoviensibus ad publicam in templo ca-  
 techesin congregatis quasi solatiû facturus  
 aiebat brevi non paucos affore Sacerdotes  
 Religiosos è nostra Societate, qui anima-  
 bus eorum ( quibus D. Decanus unus tot  
 curandis non sufficeret ) essent omne ob-  
 sequium diligenter impensuri. Quod eius  
 dictum graviter accepturus Dominus lo-  
 ci Decanus cùm publica in mensa non sine  
 cholera

cholera exprobrasset, cumque Clatovien-  
ses publicas plateas lurconis instar obire  
solum obiecisset, Pater voce, vultuque  
ad summam demissionem composito se se  
Dei causa ( qui propter nos servi, imo la-  
tronis formam assumerat ) etiam lurconis  
speciem non erubescere modestissime re-  
spondit: eoque responso Decanum sibi red-  
didit tam placatum, ut eum dicti exem-  
plo poenituerit, adeoque in reconciliati a-  
nimi signum arreptum schyphum vini Pa-  
tri, quasi veniam petiturus, propinarit.

Quamvis autem de Collegio Clatoviae  
futuro tantopere exultaret; cum tamen  
postea pertinacem advenit recens Catho-  
licorum civium Clatoviensium à Societate  
aversionem, dicebat se dolore tangi, quòd  
cum Admodum R. P. N. Generali res eo-  
usque transacta esset: alias enim se se nunc  
Inboraturum fuisse, ut Collegium illud Ho-  
razio vicij potiùs, quàm Clatoviae erige-  
retur. Amabat autem P. Albertus civita-  
tem Horaziovicensem templumque eius  
præ reliquis: quia in eo ante aram mediã  
sub lapide marmoreo, uno cubito supra  
pauimentum elevato sepultus est P. V Ven-  
ceslaus Ssvihovvsky Societatis Iesu pro-  
fessus Sacerdos ex Illustrissima Libororum  
Baronum

Baronum Svvihovvsky de Risenberg pro-  
 lapia, qui stemma suum ad Principum  
 Regum Boemiæ sanguinem referunt. Fer-  
 tur enim hic Pater, pro ut memoria eius  
 inter primarios è Societate nostra viros  
 est añotata, magnæ fuisse submissionis, mo-  
 ribusque suavissimis, Orator Christianus  
 populo pergratus, & otij tantus osor, ut  
 medijs etiam in morbis aures poenitenti-  
 bus liberar daret, aliave obiret munia So-  
 cietatis. Missus ad duos Fratres suos Ba-  
 rones plusquam fraterno inter se dissiden-  
 tes inter se reconciliandos, alterumque  
 eorum Horazdovvicij nondum Topar-  
 cham Catholicum Catholicis aggregan-  
 dum, alterum siquidem iam pridem ipse  
 Ecclesiæ restituerat; Horazdovvicij in mor-  
 bum delapsus, ibidem obiit precatus prius  
 cum lachrymis, ut Fratres in gratiam re-  
 dirent. Hunc virum etiam P. Albertus in  
 suis manuscriptis vocat *Piissimum Patrem*:  
 vt propterea nullibi prope frequētius diu-  
 tiusque fuerit morari P. Chanovvskus so-  
 litus; quam Horazdiovicij, causamque hu-  
 ius commorationis petentibus attulerit,  
 quòd apud Patris illius sepulchrum, verum  
 à Deo Societatis Spiritum, quali olim ille  
 exornatus fuerat, postulare consuevisset.

## CAPUT XV.

*Mors Patris Chanovvsky.*

**T**Ot tandem sudoribus, vitæque eius tam sanctè exactæ [si tamen vita, & nō mors perpetua ob tot, quibus sese discruciat, assiduos dolores dicenda erat] finem imponere, atque ad præmia tantorum meritorum P: Albertum per morrem evocare Deo placuit anno 1643. quæ occasionem habuit à pedum eius morbo inveterato. Diximus etenim superius cap. 6. pedes eius fuisse pessimè affectos, multisque foraminibus apertos, quæ deinde soror eius Magdalena ita medicamentis occluserat, ut in pede quovis patulum foramen unum superesset, per quod tabo meatus maneret apertus. Sed nescio quâ causâ post annos aliquot Clatoviæ pedes sanandos iterum commisit alteri cuiusdam feminæ, quæ quidem id vi medica effecit, ut foramina illa omnia coalescerent, at in malum longè atrocius: pus siquidem exitu omnino prohibitum cepit vitalia Patris aggredi & vastare.

Est

Est in stemmate Equitum de longa Villa,  
 ex quo ortum habebat etiam P. Albertus,  
 donum quoddam divinum placè admi-  
 rabile, quod videlicet cistam quandam bene  
 magnam habebant, olim in Castello Oselez  
 sacris pro Sacrificio Missæ vestibus asser-  
 vandis adhiberi solitam: nunc in Arce  
 Raby depositam, quæ à seculis compluri-  
 bus mortem cuiusvis ex illa familia perso-  
 næ prænunciat grandi quodam strepitu,  
 quo per totam Arcem resonat, quasi ma-  
 gna aperiretur & clauderetur violentia  
 & imperu: rebus tamen omnibus ei super-  
 positis (vt quandoque stannea supellecti-  
 le, ollis fictilibus, aut etiam lapidum su-  
 peringesta congerie) illæsis, immotis. So-  
 lentque quamprimùm cista illa sic perfo-  
 nuit, Ad Arcis Raby incolis admoneri  
 Personæ illius familiæ omnes, vt cuiuspiam  
 illorum sepulchrum cistamque mortua-  
 lem à Deo iam parari sciant, seque ad  
 mortem piè obeundam disponant.

Qua ergo die P. Alberti obitum etiam  
 Cista hæc præsonuerit, compertum non-  
 dum habeo. ille tamen cum Suffragan-  
 onis Apostolicæ, more suo, obiret munia,  
 ægritudine solito graviore detectus in le-  
 ctulum, postquam aliquandiu, in D. De-  
 cano

cani domo decubuit, Clatoviam avehī postulavit, quòd morbo suo pulsum campanarum in ea civitate tam frequentem diceret iam esse intolerabilem. Bobus ergo in curru rustico Clatoviam advectus, cum in cubiculum sibi in Collegio designatum importaretur, palàm dixit se vivum ex eo amplius non exiturum.

Maximam deinde in suprema sua invaletudine temporis portionem silentio transegit soli Deo ac cælo intentus, omnesque quibus tunc vacabat ac indulgebat, cogitationes & affectus non minus quam prius virtutes suas omnes solebat, ita Sanctæ demissivis studio occultavit, ut præter immotum quasi dolore omni careret corpus & animum, præterque miram omnium in eo tam membrorum, quam actionum pacem & quietem, nihil aliud potuerit eo in articulo à circūstantibus dignum memoria & imitatione annotari.

In morbo invisenti se Patri Ssvitalino Collegij Ministro gravem morbum imminere prædixit: & verò Pater ille volvente anno mortuus est Bernardicij

Sacratissima deinde ascendente Salvatoris nostri solennitate sub vesperarum cæremoniam præsentem populo candelarum altera

altera in summo Sacelli nostri Altari est  
 extincta in praesagium P. Albertum, claris-  
 simam quondam Ecclesiae in Boemia & So-  
 cietatis candelam a Deo super candela-  
 brum haestens, ut luceret illis Boemiae  
 partibus, impositam, brevi extinctum iri.  
 Statim nihilominus P. Georgius Pelta tunc  
 praesens eam rursus accendi iussit: sed  
 mox altera in eodem altari eodem est mo-  
 do extincta: Die sequenti praesente rursus  
 populo, sub Missarum tempus pars tabula-  
 tinon exigua in uno Sacelli angulo deci-  
 dit nemini tamen praesentium vel minimo  
 illato detrimento. Tertia demum die P.  
 Albertus circa tertiam matutinam sancta  
 morte defunctus abivit in caelum; cuius  
 testes fuere lumina, illa hora super cubi-  
 culum in aere a Civitatis vigilibus, alijs-  
 que pluribus clarissime conspecta.

Aberat eo tempore domo Pater Colle-  
 gi Reotor Andreas Stredonius, & P. Isna,  
 quo negotiorum causa discesserat redux  
 Bressicij apud loci Curatum pernoctabat:  
 ob quod cum Patres nostri solliciti de fune-  
 re essent, deque loco sepulturae [nemo e-  
 nim nostratum ad eum diem ibi defun-  
 ctus fuerat, ac nemo sepultus: ecce hora  
 ipsa qua P. Albertus e vita migrabat, sen-



fit P. Rector fenestram con clavis sui leni-  
ter concuti, sibi que voce quadam occultata & interna dici: domum statim iret, Patrem Chanovvsky fati concessisse. Accessit fenestram sine mora, sed cum nulum adesse deprehendisset, instinctui illi interno obtemperaturus mox sese dedit itineri Clatoviam versus, & funeri plane opportune advenit.

Elatum est funus magno hominum ex omnibus locis vicinis confluxu comitataeque id sunt apparatu suo omnes mechanicae Civium Clatoviensium tribus, atque à civitate Sussicensi Senatus à tribus miliaribus advenit, & Apostolo suo praesentiae suae honore parentavit. Sepultus est in sacello Collegij Clatoviensis, in quo etiam non admodum à P. Alberti pedibus remotum nunc iacet corpus magni quoque & Apostolici viri P. Georgij Pelingae Olomucensium Ecclesiae cuius virtutes librum specialem mererentur: iuxta quem rursus Vir ingentium & ipse virtutum depositus est P. Georgius Pelta piissimus ardentissimusque ad Clatovienses annis pluribus Concionator.

Erat statura P. Alberti us procera, naso magno, pleno. oblongo, ore amplo, colore

lore pallido , & fusco , manibus à chira-  
gra contortis , oculis semper fere cælum  
versus erectis , vultu ad tuavem quandam  
& modestissimam gravitatē composito , vt  
vel ex primo aspectu eum Deo plenum ap-  
pareret, cū autem cum proximis ageret,  
ore quodammodo subridenti reddebat se  
se omnibus amabilem. Barba erat hispida  
& impexa, capillo brevissimè attonso, ni-  
vis instar canus. Obijt 16. Maij ætatis sexa-  
gesimo secundo, religionis quadragesimo  
secundo, Professionis editæ vigesimo se-  
cundo.

C A P U T XVI.

*Quædam supernaturæ vires Deus videtur  
per P. Chanovvsky operatus.*

**R**etulimus hætenus sparsim magnam  
de Sanctitate P. Chanovvsky homi-  
ninum opinionem, nec non quædam, quæ  
supra naturæ vires Deus per eum videtur  
operatus : reliqua ejusmodi hic ad calcem  
narrations opportunæ exponemus.

Et in primis illa, quæ de eius amore Cru-  
cis supra retulimus, prodigio certè care-  
re non potuisse videntur, tum ob tantæ  
abstinentiæ, tantarumque vigiliarum  
miraculum; tum ob vires senilis & affli-

seni-  
cul-  
Pa-  
Ac-  
nul-  
li in-  
dedit  
plane  
ex o-  
tata-  
cha-  
rque  
mil-  
præ-  
us est  
uo e-  
dibus  
quo-  
lingæ  
ctures  
quem  
m de-  
us ar-  
is plu-  
naso  
co-  
lore



Crassimi corporis, tot tamen doloribus ac laboribus pares tum ob valetudinem manibus ad celebrandum Missæ sacrificium sufficientem crebro post gravem paroxysmum chinagræ repente restitutam.

Neminus etiam superius sacelli D. Adalberto sacri Dozicium inter & Nepomucum constituti, ubi Sanctus ille quondam vitam eremiticam egisse putatur. In eo saxum quoddam inclusum est humo prominens, in quo vestigia corporis D. Adalberti cubantis quasi cæræ impressa hodie videre est, quæ venerationis causæ solent homines osculari, & in eis membris præsertim ægroti, deponere; id quod & P. Albertus faciabat, ipseque in manu scriptis suis annotavit, se hoc pacto binis vicibus à sibi fuisse liberatum divinitus.

Fama erat mira quædam cælitus circumferre consueverat, etiam nonnullas statuas illas parvuli IESU ligneas, quæ circumferre consueverat, etiam nonnullas quam contigisse.

Cum tēpore quodā Clatoviæ in domo viduæ dictæ Zebräckianæ pernoctaret extrinsecus alibi luminibus, ipse viduæ ejus cubiculum accessit, & ostio pulsato candelam sibi accendi postulavit: quare filia ejus ad januam rinas, quid Pater cuperet interrogatur.

adiit cum ecce magno Patrem videt lumine circumfusum ; adeoque Matrem a-tonita vocat, quæ & ipsa lucem clarissimam undique circa Patrem cum aspexisset ; cur ergo lumen tanto lumine corruscus petere amicè exoptulavit . ad quæ Pater demum oculis circumductis , altissimo cum suspirio recessit, luce scilicet illa cælesti tunc primum forsitan aduersa , adeoque pro ea, qua erat profundissima humilitate ad id miraculi verecundia suffusus.

Alia ibidem, sed in domo alia, Virgo quædam nobilis, cum itidem eum, lumen noctu postulantē, cælesti quadā luce circumfusum videret, candelam ei quantumcunque rogata accendere supersedit donec iterum atque iterum ab alijs tunc præsentibus ( qui tamen lucem illam non advertebant ) urgeretur ; quamvis manè P. Albertus ullam circa se lucem fuisse pernegaret.

Atque hoc pacto Colini prope Kutteubergam narratur etiam olim cælestibus ignibus refulsisse. Quin & vigiles publici in Civitate Clatoviensi testati sunt se supra eius cubiculum sæpius in aëre lumina instar candelarum lucentia noctu conspexisse, sed quandoque ab alijs dum preces ad-

Deum funderet, visus est toto corpore flammis  
us & quasi in medijs ignibus constitutus.

Anno 1640. mense Octobris venerat duabus  
horis ante solis occasum in Clatovi-  
ense Collegium, in quo nostris omnibus  
varias in Missiones, & labores Apostoli-  
cos dispersis, neminem invenit, præter so-  
lum Patrem Rectorem Andream Stredoni-  
um, qui mox referre ei cæperat adfuisse  
paulò ante in Collegio missos pro eo à se-  
ptem circiter milliaribus equos currum-  
ve, ac tubicinem, qui cum ad moribundi  
cuiusdam Domini peccata sua apud nul-  
lum Sacerdotem alium deponere volens,  
excipiendam exomologesin deducerent;  
sed quia non constitisset, ubi locorum mo-  
raretur, currum eum vacuum remissum.  
Hac finitâ narratione Pater Rector ad edu-  
cium aliquod P. Alberto, qui eam rotam  
diem sine omni cibo se se egisse fassus fue-  
rat, depromendum, in penum, eo tantis-  
per relicto, se confert, ille verò, quasi cu-  
biculum suum interea ingressurus repente  
se se proripit ex collegio, & ex oculis o-  
mnium disparuit, cum & ad portas civi-  
tatis custodes negarent eum urbe egredi-  
entem à se fuisse visum. Die sequenti ex  
Domini illius agrotantis domicilio eques  
cum

cum literis ad P. Rectorem gratiarum actorijs  
adfuit, quibus significabatur pridie ante  
solis occasum P. Albertum moribundo in  
tempore adfuisse; peccata eius confessiore  
expiasse, & ad obeundum christiano ritu a-  
gonem ultimam conscientiam eius disposuisse:

Atque hoc modo saepius deprehensum  
est eum ex locis procul diffitis celeritate  
miram in loca alia fuisse translatum: non-  
nunquam etiam simul eodem tempore vi-  
sum in locis pluribus, ut in Collegio Cla-  
toviae inter nostros, & alibi per pagos &  
oppida discursantem.

Narrant missum aliam vice pro eo a  
quadam Domina currum ad Clatovienle  
Collegium, ut marito ejus ex morbo mor-  
ti vicino adesset: ille aurigam, more suo,  
paulisper, dum modicum praecederet, mo-  
rari iussit. Secutus post auriga exiguo  
temporis spatio interjecto magnam curren-  
di contentione Patrem assecutus non est:  
Hic enim statim ab aurigae digressu  
iterum in gressu Collegium est, cum-  
que a Domina illa paulo post cius  
subsecutus P. Rectori Collegij mortem il-  
lius Domini nunciaturus adfuit, & gratias  
actus, quod P. Chanovvsky moribun-  
do illi adstitisset: cum tamen computata  
de-

deinde tempor ratione, fuerit deprehensum Dominum illum egisse animam, quando Pater ex Collegio exibat, adeoque prius apud illum fuisse, quam currus ad Collegium pervenisset.

Dum quâdam vice cum P. Ioanne Molitoris Societatis Iesu iueheretur Clatovia Breznicium, venia à comite petita, suo more paululum præcessit; sed quantumcunque eum deinde properanter currus persequeretur, deprehendi non potuit, volâsseque ab auriga existimatus est: nam ubi Breznicium pervenere, jam P. Albertum inibi, existentem, reppererunt. Quod tanto majori admiratione dignum videtur quia P. Chanovvsky lentè aliàs ambulare cogebatur, sæpeque per viam subsistere ob pedum suorum in ea ætate debilitatem.

Nec minus & in vincta sua laborâtibus succurrebat quandoque Deos modis admirandis, quibus dum conversionem animarum dignatus est adjuvare & promovere, ostendit profecto quantum opere sibi P. Alberti zelus placeret. Ejus rei exempla xx ipsiusmet P. Alberti manuscriptis huc duximus inferenda.

Explicuerat in Dominio Kriwoklatensi P. Chanowsky, dum populum è pago  
Krtia

Rritinus dicto supplicantium ritu comita-  
retur in agros, eosque lustrali aqua asper-  
geret, virtutem talis per Sacerdotem ritè  
sacratæ aquæ, & plebem ad eius usum ac  
æstimationem est adhortatus anno aliquo  
post millesimum, sexcentessimum vige-  
simum à Christo nato (certus enim omni-  
no annus ignoratur) affirmavit etiam eve-  
nire non raro ut ager sacrata ejusmodi  
aqua pie aspersus immunis à grandine ser-  
varetur divinitus etiam tunc, dum vicinos  
quosque campos grando depopularetur.  
Nec mora, vix supplicatione illa domum  
deducta, cælo obduci nubes, ac in piscina  
quadam campis eo die sic aqua sacra lu-  
statis proxima tumultus exaudiri imma-  
nes. Accurritur in equo à Domino  
Christophoro Foder viro honesto ac gra-  
vi, Domini illius Oeconomo: qui campis  
ac segetibus circumquaque penitus illæsis  
densissimam, ac bene grandem grandinem  
in piscinam illam magno proruere impetu  
deprehendit, eoq; nuncio omnes ad laudes  
Dei qui verborum P. Alberti veritate in sig-  
natus fuerat hoc statim prodigio firmare,  
dicendas excitavit.

Post annum Christi nati 1626. Domini  
Ioannis VVratistaw subditos in Protisvia



valde in hæresi sua obstinatos cum P.  
 Venceslao Raufax ad fidem Catholicam  
 excolebat ; sed nemo Ecclesiæ accedere  
 volebat, nisi prius Domini sui ex sorore  
 Neptem eo loci morantem, stemmate Cza-  
 beli czkianam catholicè sentire viderenti  
 hanc enim usque adeo sciebant ab ortho-  
 doxis averfam, ut & omnem sororis iuz-  
 iam catholicæ, & Patru ac Patruelis, re-  
 liquorumque operam hætenus iuferit, &  
 Patribus eò advenrantibus, Diabolo ad-  
 ventare dixerit ad animas seducendas. Deo  
 nihilominus pectus eius saxum tandem  
 emolliente, manus Patri Alberto dedit,  
 eoque ipso ostium quodammodo plebi  
 univèrsæ aperuit; ita catervatim reliqui  
 capere ad Sanctissima Sacramenta convo-  
 lare. Sed illud fuit admirabile, quod  
 Virgo hæc fidei Catholicæ hætenus pla-  
 nè rudis, ubi primùm lumen cæleste ad-  
 misit in animum populum Sacram exomo-  
 logesin accessurum cæpit passim erudire  
 ipsa de mysterijs veræ Fidei, & imprimis  
 de ijs omnibus, quæ ad Sacramentum pæ-  
 nitentiæ non solum ritè, & integre, sed &  
 quàm fructuosissimè pijsimèque obeun-  
 dum pertinerent, id quod ipsa nunquam  
 didicerat adeoq; catechesin hanc suam po-  
 stea

stea Patribus referebat, ut, si quid errasset emendarent: qui omnia veritati ac Ecclesiae consona inveniebant, approbant, & admirabantur.

Inciderant quodam tempore Cerdones, alijque Cives Clatovientes plures dum Pilsnam ad nundinas properarent in P. Albertum per prata quæpiam deambulātem: Deoque ac Deiparæ laudes ad rotarij globulos exsolventē: quos ille ad se cum vocatos omnes rogavit, paululū vt gradū fisterent, ac rosarium secum precando decurrerent, lucrosas Dei beneficio Pilsnæ nundinas exinde habituri, Alij ergo pijsimam hanc eius invitationem nihil morati iter suum porrò prosecuturi abierunt: alij cum eo substiterunt precesque dixerunt non pauculi, ad quos ille ante discessum sermonem habuit affectu plenissimum; quo eos ad virtutum ac Christianorum officiorum studium est vehementer adhortatus, tandemque bene precatus omnibus recessit. Iam ergo deprehensum postea est ijs, qui brevem hanc morulam Deo apud P. Albertum dare noluerunt, sinistra omnia in mercatu passis, reliquos è nundinis Pilsnensibus copiosa domum lucra retulisse.

Anno à salutis nostræ instauratione 1641  
 dum furor Suecicus Boëmiam atrocissimè  
 divexerat furorem illum iam iam immi-  
 nentem declinaturi fugam ex civitate Pise-  
 ka feria quarta cinerum tribus ante lucem  
 horis Pragam versus arripuère comitante  
 P. Alberto currus duo supra viginti, multo  
 Gynæcæo, & pretiosa supellectile graves,  
 quos duodecim equitum præsidium dedu-  
 cebat. Mox die eadem duabus à diluculo  
 horis fortis adfuit Pisecæ Suecorum turma,  
 nullàque mora currus illos, de quibus iam  
 erant facti certiores, alacriter insecuti, at-  
 que pagis ac oppidis per viam spoliatis  
 eosdem currus circa oppidum Proctivvin  
 ita prætervolarunt, ut tamen spatio per-  
 quam modico disitos non adverterint.  
 Ad ripam ergo usque Moldavæ fluminis  
 procurrerunt, ubi cum Pontem prope ci-  
 vitatem Tinam partim deiectum, manum-  
 que Cæsarianorum non invalidam Ducto-  
 re Domino Comite de Broy in-  
 venissent, retro vnde venerant abierunt,  
 eandem profus viam, quam pergebant  
 currus illi, quos tamen nec in reditu de-  
 prehenderunt, ita vt illi ad eundem semi-  
 ritum pontem salvi & integri omnes nec-  
 dum à Suecorum abitu horæ quadrante ca-  
 lapso

lapso, vnâ cum P. Chanovvsky adfuerint miraculo tam felicis casus attonitis Tinentibus omnibus civibus æquè ac militibus, ac præ stupore concurrentibus, monentibusque vehementer, Deo optimo gratias vt agerent diligentissimas, qui eos à manu hostu n eâdem cum illis via euntium ac redeuntium intactos modo planò mirabili huc deduxisset. At quibus P. Alberti Sanctitas erat perspecta, magis sortem hanc tã felicem eius apud Deũ meritis adscribunt etiamnum, dum successum illum adhuc referunt magna cum admiratione.

Occultaverat à periculis militum Soror eius Magdalena humi lagenam auro & argento plenam tam secretò, vt id Patri humanitus non potuerit innotuisse; nihilominus quamprimũ eam postea alio in loca vidit, ubi clàreretulit, & quidnã occultasset.

Eidem gravissimè propèque lethali ter in pago Konopi decumbenti ex colica dixit, se pro ea in templo proximo S. Petri, dicto in Sslivvitz Deo Sacrificium oblaturum: quo peracto, Patreque à Missa redeunte, statim illa sana surrexit & valens.

Miserat illa alias æstate duas ancillas pyra collectum in hortos, quas sub vesperum vespæ ac ætra aggressa tantopere afflixerunt.

runt.

runt, ut facie tumore inflatâ oculi vix apparerent, planèque tot aculeis venenatis faucibus, viderentur de vita periclitari. Sollicita ob id forori suæ, melleque ancillas illas illinenti supervenit Pater, atque ne perturbaretur, nève esset anxia, monebat: sub quæ ancillas accessit ipse suoque hoc accessu momento temporis utramque sanitati plenæ reddidit, quibus mel illud, quo erant illitæ, ne quidem intra dies aliquot statum pristinum restituere potuisset.

Multa divinitus prædixit, quorum veritatem eventus probavere: inter quæ fuit & illud, quod primis statim Collegij Societatis IESU Clatoviæ initijs, quando Domicilium illud angustijs maximis fuit oppressum, sapissimè coram multis vaticinatus est ac palam pollicitus Collegium illud eis adhuc viventibus augmenta accepturum maxima, foreque unum ex excellentioribus: quod & contrigit, quando Collegio illi in eas redactio miserias, ut de eo dissolvendo cogitaretur, succurrit Illustrissima Domina & Lucia Kolovvratiana nata Comitissa de Martinitz quinquaginta millia in eius subsidium elargita, quibus deinde eius frater Illustrissimus Dominus  
Comes

Comes Georgius de Martinitz Boëmiæ  
Cancellarius decem millia superadjecit.

C A P U T XVII.

*Opinio Hominum de P. Chanovvsky.*

**Q**uanta verò Sanctitatis ejus per illius  
partis Boëmiæ civitates arces, pa-  
go, & oppida super sit æstimatio apud  
omnes, vix est dictu credibile: Ita laudes  
ejus præ dulcedine passim commemo-  
rant, ita ad primam ejus memoriam exul-  
tant adhuc, & Sanctum, Sanctum Aposto-  
lum, Humilem, simplicem, Rectum, Pium  
Parentem suum eum proclamant: & ef-  
fusam in ejus ecclonia orationem plebs  
pariter & Magnates, Ecclesiastici, Paro-  
ch, Religiosique viri æque ac mulieres la-  
chrymis ferè præ teneritudine conclu-  
dunt.

Civitatis Nepouucensis vir Primus li-  
te: is ex cultus Patrem Chanovvsky talem  
fuisse asseruit, quales in Fastis Sanctos ca-  
nonizatos legimus hoc uno dempto,  
quòd miracula non fecisset: miracula enim  
illa quæ retulimus, pleraque non ita publi-  
cè constabant in vulgus. Reverendissimus  
Do-

Dominus Sebastianus Zbraslavvsky S. Metropolitanæ Pragensis Ecclesiæ Canonicus, olim Sufficensis civitatis Decanus curatus (qui etiam authoritate sua non pauca narrationis hujus capita confirmavit) P. Albertū pro sacræ confessionis tribunali audire solitus affirmavit, eum fuisse quidem hominem, se tamen hominem in eo non invenisse. Vnde & venerationis memoriæque causa quædam manuscripta P. Alberti, ut sacras reliquias apud se habet magna in reverentia, ex quibus nonnulla dignatus est accomodare, quæ augendæ confirmandæque huic de P. Alberti virtutibus narrationi non parum attulere adjuvamenti.

Aegrotanti ministrabant quandoque ipsi nobles, & in os decumbentis cibos manu sua non sine reverentia tanti viri imponebant, ei adhuc eminus adventanti prodibant obviam. Quin & pagos ac oppida obeuntem per viam comitabantur Matronæ ac Virgines nobiles, aut etiam orationis causâ rus egressum eminus sequebantur, omnibusque eius negotijs, actionibus omnibus adesse conabantur, ut sermonibus eius, aut saltem spectaculo  
tam

ram Apostolici, tamque Angelici viri fatiarentur.

Rustici ad eius in suas casas ingressum exultabant præ gaudio, multòque magis si apud eos pernoctasset, libentissimisque ac cupidissimis auri us eum de divinis fermocinantem, ad seram noctem auscultabant.

Capillorum aliquid Soror ejus hodie adhuc servat, tanquam viri Sancti & eximij Dei servilipsana, qui ex nigris conversi sunt nunc in canos.

Parochiam non procul fuscio administra bat quidam Religiosus Præmonstratensis, qui gravium apud superiores insimulatus, atque ad Monasterium properè vocatus priusquàm se periculo huic committeret, Patris Chanovvsky, cujus Sanctitas sibi erat perspecta, apud Deum patrociniū censuit implorandum. Accessit proinde, flexisque humi genibus, sibi ut hoc ad negotium bene precaretur, est obtestatus: at verò honorari impatiens ac infuetus humilis P. Chanovvsky se se & ipse coram illo abjecit in genua, sibi que ab eo benedici potius postulavit. Obtinuit tamen Sacerdos ille; & confectis deinde ex voto omnibus, innocenta que sua patefacta, felicem

suc-



successum precibus & meritis Patris Alberti adscripsit, hodieque adscribit.

Illustrissimus Dominus Dominus Ioannes Kavvka de Rziczam prudentiâ, gestis, honoribus fidelitate in Cæsarem, sed imprimis piissimâ Sanctissimaque vitâ ( ut qui in ætate decrepita viginti annis carnem non gustavit Deo conjunctus assiduo ) clarissimus, quoties de P. Chanovvsky meminisset, *Sanctum* eum solebat vocitare.

Referunt alij quoties ejus ad huc viveatis mentio incidere, menti suæ non occurrisset speciem alicujus Sacerdotis aut Religiosi talis quales videmus alios, sed visos sibi audire nomen cujuscumque communis omnium Parentis omnibus à Deo in solatium commune concessi, atque in signum quoddam publicum cælitus erecti, ad quem promiscuè omnes spiritualis auxilij gratia concurrerent. Dicere solebant Nobiles Patrem hunc ingentis ac perpetui esse sibi doloris causam, eò quodcumque eo alente illius desiderium ferrent cum dolore, rursus, postquam brevissima ejus præsentia gavisi essent, novo graviore dolore pati cogerentur celerem ejus discessum. Hinc Soror ejus Magdalena surgebat summo mane, ne Frater ei ante lucem

sem fugeret quin & ex hoc erga Fratrem suum Societatis Iesu Religiosum affectu, filiolo suo nomen Ignacij in baptismo imposuit, eumque in infantia mortuum, sepelivit indutum veste consueta Religiosis Societatis ejusdem.

Mortuo P. Alberto iusta binos per districtus à plerisque civitatibus publice persoluta, omni sexu & statu ad sui Patris funus ingemiscente.

Vestigia P. Alberti secuturus eius pronepos ex Patruo Petro Chanovvsky filius Ioannis Curici Chanovvsky Domini in Rabii Regni Boëmiæ subcamerarii, Societatem ingressus, vitam egit religiosam, magnamque virtutum futurarum dedit expectationem: sed in tumultu Svecico Anno 1642. ex Boëmia missus iam Sacerdos in Poloniam, Cracoviæ in Domo Probationis, ex dyssenteria, quam contraxerat in itinere, pie est defunctus.

Atq; hæc de vita P. Alberti Chanovvsky fide integra & sincera dedimus, quantū ex superstitibus hominibus deprehendi potuit, qui Patris illius virtutum fuere spectatores. Quæ quidem magna parte valde minutim explicui, quia imitari volentibus sciri ea sic fore gratiora.

Blus

Plurimum è Societate IESU in Provincia  
 Boëmiæ virorum virtutibus, pietate in  
 DEVM, Zeloque animarum spectatorum  
 gesta collecta apud me habeo, quæ & ipsa  
 si DEO visum fuerit, depromi poterunt  
 in usum publicum ad Maiorem DEI Glo-  
 riam, maiusque hominum Apostolicorum  
 solatium & incitamentum. In quo ta-  
 men lectorem optimum rursus monitum  
 quam amicissimè velim meminerit me  
 omnia hæc ita luci exponere, ut tamen  
 (prout initio præfatus sum) ea non alia  
 quàm humana historica fide accipi velim, &  
 eo omnino modo, quem S. D. N. Urbanus  
 Papa Octavus, & S. Romana Congrega-  
 tio Sacræ Inquisitionis Decreto, confirma-  
 tione, Declarationeque sua requirit; prout  
 principio operis latius declaratum est, ut-  
 pote qui hæc omnia Sanctæ Romanæ Apo-  
 stolicæ sedis iudicio & sententiæ ita sub-  
 mitto, ut par est facere eum, qui velit vi-  
 vere ac mori Filius S. Ecclesiæ Ro-  
 manæ, extra quam non est  
 salus.

# APPENDIX

## Virtutes nonnullæ, R. P. Friderici Huneken, Societatis IESU.



Via R. P. Fridericus Huneken, natione saxo eximius in vinea Domini, cum opinione sanctitatis operarius, multa in Boemia districtibus Pilsnensi, Cubitensi, & Ziateczensi egit, P. Adalberti Chanovvsky gestis gemella, visum est lectori non fore ingratum si & ejus virtutes & gesta huc adjungeremus.

Cum à rebellibus Hæretica Boemia statibus, esset cum reliquis Societatis nostræ Religiosis è Boemia proscriptus, contulit se in Patriam suam saxoniam, ubi non nullos populares suos reduxit ad Ecclesiam; præcipuam tamen impendit operam Hala, & Magdeburgi sanimonialibus virginibus in fide Catholica firmandis, quæ etiam in S. Hostia à Patre Missæ sacrificij tempore elevata, Christum D. in forma pueruli parvuli vidisse perhibentur.

In Boemiam redux, totum se se labori Apostolico consecravit, in reducendis ad Ecclesiam limitaneis Boemia versus Palatina

rum, & Misniam locis, donec tandem in Col-  
legio Commotoviensi sedem Stabilem fixisset,  
Ex qua & vicinis Misnionibus, per viginti,  
& aliquot annos non discessit. Vltimis cir-  
citer quatuordecim vite sue annis, lectum  
nullum intravit, nec vestes per noctem exuit  
sed sella cuiquam insidens, ita ut per diem in-  
cedebat vestitus, & tegumento quoquam ob-  
volutus, somnum capiebat, quò factum est  
necessario, ut vermiculis plurimis scateret.  
Diebus omnibus, & singulis, quibus eum esse  
contingebat in Collegio, culinam à Mensa  
ingrediebatur, ibique lances, Humilitatis  
studio extergebat.

Magnos sudoris sui Apostolici fructus retu-  
lit. Nam præterquam quòd non nemo Hære-  
tica quondam impietatis rabula, magna Cæ-  
remonia, publice eo Authore, & direttore,  
sectam Blasphemam ejuravit, præterquam  
quòd multa sparsim converterit Oppidanor-  
um & Rusticorum agmina, certè Commoto-  
vium Girkavvia, aliæque ad 4. Milliaria in  
gyrum posita oppida, & Pagi, eum veri, &  
sinceri quòd nunc sequuntur Evangelij agno-  
sunt Apostolum. Præsertim Montana Mis-  
nia finitima, inter quæ est Katerberga cujus  
cives non solent nunc sine lachrimis sui Pa-  
tris meminisse.

Est Katerberga oppidum à Fossoribus habi-  
tatum, in extrema Boemia ad Misnia in ora,  
duobus à Commotovi o milliaribus situm, ac-  
cessu altissimo, difficillimoque, maxime per  
hyemem, dum nivium cumuli quandoque  
cingulo tenus alti, vias impediunt. Incola  
loci pauperrimi, cum nullum ferat Plaga illa  
tam frigida frumentum, adeoque fortunas  
habent omnes in fodinis, aut in mechanico  
quopiam labore. Horum saxeæ in heresi cor-  
da, cum P. Fridericus videret nullo modo pos-  
se ad pietatem Catholicam revocare, oppidum  
hoc, labore indefesso ad mortem usque ex-  
colendum sibi sumpsit, adeoque iter illud  
tam arduum septimanis singulis, & quando-  
que sepius ( prout scilicet Festi dies incoide-  
rant ) etiam hyeme, etiam in ætate decrepita,  
semper pedes, via tempore preces ad Deum  
fundens, jocio suo ( qui plerumque erat ex-  
ternus aliquis studiosus Iuvenis ) à tergo re-  
lictò, est emensus, ut eis per Dominicos Fe-  
stosque dies singulos, medicinam, & pabu-  
lum verbi Divini pro Concione exponeret.

Cum locum illum prima vice ascendisset,  
vidua quedam fossores quindecim, cerevisia  
vas vnum pollicita in mercedem, induxit, ad  
necem Patri inferendam: Quorum vnus ad  
ejus diverforium premissus, ea qua circa eum  
essent

essent exploraturus, & mox socios vocalurus ad facinus, visa Patris suavissima humanitate, animo est ita commutatus, ut cor erga eum benevolum, magnumque inducit amoris affectum: Statimque regressus ad socios, praconem laudum ejus egerit, omnesque non jam ad eum occidendum, sed audiendum induxerit, qui etiam omnes fidem Catholicam sunt hortatu Patris paullo post amplexis quorum nonnulli etiamnum superstites, nefarium hoc summi propositum, solent referre cum lachrymis.

Cum sub hac reslorescentis fidei orthodoxe initia Parochia Katterbergensis reditus, non sufficerent Parocho alendo, P. vero Fridericus, qui Parochialia interim obibat, non haberet aliunde victui suo necessaria, pendebat illi oppidum illud post Conciones singulas unum imperialem, quo se dum apud illos esset sustentabat, sed cum hoc deinde putaret suae paupertati religioso esse nimium, secum ex Collegio Commotoviensi sumebat haleces aliquot & frustum fumatae carnis, quibus vitam pauperrime tolerabat. Pecuniam illam nihilominus (ne futuris Parochis crearet praesudicium aliquod) colligebat, dum trecentos circiter Imperiales collegisset, quibus postea Templum Katterbergensium eleganter exornavit.

In suo Katerbergam itinere, solebat ad quoddam, propè Girkaviam, Crucifixi salvatoris, inter duos latrones simulachrum, pone viam positum, genua flectere, & tan- risper precabundus opem à Deo postulare, ac tum iter inchoatum prosequi.

Modus, quo in revocandis ad Ecclesiam Hæreticis utebatur erat is, ut cum esset Con- troversorum fidei peritissimus quem sanan- dum susceperat, sevocaret ad conclave, ibique Biblijs, alijsque Codicibus expositis, suaviter urgeret, ut palam exponeret, quid eum re- tineret in heresi; ac tum dulcissimis verbis condiens Catechesin plurimorum frangebatur pertinaciam, atque facilitate hac, in retia Christi D. Attrahebat.

Maxima erat de sanctitate eius vulgò opi- nio, cui Prædicantes Lutherani in locis proxi- mis (Misnæ enim fines vix passus 20. distant Katerbergâ) circumpositi obstare non pote- rant, immo nonnulli, ut Anabergensis & c. Fatebantur palam, veram, & sinceram re- ligionem à P. Friderico seminari, quin & duo eiusmodi Buccinatores, iteratis literis eum eo sæpius egerunt de heresi deserenda, cum se Catholicam veritatem agnoscere scri- berent, à cuius amplexu, nihil eos retardaret aliud nisi, quod inter Catholicos sibi, fami-  
3  
liæque



liaque sua sustentanda, media non invenirent. Quare auditus est P. Fridericus sepius optare, ut intra Boemiam fundatio erigeretur, cuius sumptu, si alerentur, qui ob haresin evitandam, Patriam, sortunasque suas cogentur deserere, nec medium aliud haberent viam sustentanda.

Magna erat in Deum fiducia, unde cum sepius sueci hostes Collegium commotovicense invaderent, dilapsis alijs, remanebat ipse in suo Cubiculo immotus, libris & chartis ut alias affixus: quin & quadam vice, in illud Cubiculum irruentibus, & tegumentum rapere volentibus obstitit, tegumentumque illud eripuit, asserens se, utpote senem decrepitum, hac pra illis opus habere.

Nonnunquam versus quospiam pietati plenissimos, quibus suos in Deum affectus foveret, componebat, ex quibus nonnulli circumferuntur, habenturque in pretio, quales sunt & hi: Ostabile trepidi pectoris centrum Deus! Et sola nostrae mentis irrequies quies.

Memorant qui eum noverunt intimius, familiaritate ei ac frequens cum animabus Purgatorij commercium intercessisse.

Cum Frater ejus in eadem Societate Iesu sacerdos, Hildeshemij Collegij Rector obisset,

P. Fridericus

*P. Fridericus Commotovij tanto loci inter-  
vallo eadem ipsa die, familiarem quendam  
sibi in societate Coadjutorem accessit, eumq;  
ad orandum, pro quadam tunc defuncti ani-  
ma est hortatus, nec multo post eidem aperuo-  
it, defunctum illum Fratrem suum fuisse.*

*Supersunt duae P. Friderici Epistolae ad e-  
undem Societatis Fratrem Coadjutorem, la-  
tino datae idiomate, quarum fragmenta quia  
fervorem Patris egregie spirant, huc appo-  
nendaduxi.*

SIC SE HABENT.

DILE-

# DILECTISSIME IN CHRISTO FRATER.

PAX D. N. IESU CHRISTI.

**P**urimum gavisus sum, quod versiculi mei  
maximè de S. Agnete, in memoria Tuae cha-  
ritatis sedem fixerint. nec dubito, eandem fide-  
lem fore Patronam sui Clientis ita memoris, fa-  
cile fuerit Agneti placare Agnum. & ex Leone  
sæviente agnum præstare mitissimum, idque  
tum maximè cum cursu Misericordiae finito, ad  
forum Iustitiæ & Iustæ trutinæ venturum fuerit.  
Quis enim tunc Patroni non optaret suffragia?  
quando & propria etiam incipiunt merita trepi-  
dare? Terret profectò me sæpe horam, vel momen-  
tum potius illud cogit antemtam lubricum & am-  
biguum, quo ex temporis lapsi conditione, ad æ-  
ternitatis circulum erit transeundum. At quid  
facto opus? Cum salubri pergendum metu, ac  
tremore, unde salus oriatur. Nam qui pa-  
vet, cavet. Beatus homo, inquit sapiens  
Proverb. 28. 14 qui semper est pavidus, qui  
verò mentis est duræ, corruet in malum.  
Addam ego, beatus quem Mors occupat Deo  
servientem: Iustus enim sè in morte præ occu-  
patus fuerit, in refrigerio erit Sap. 4. 7. Ad  
hoc refrigerium identidem mi Ioannes suspiran-  
dum

**N**um nobis erit, ut non tantum requiescamus in  
laboribus, & hujus aerumnose vite Miserijs.  
Sed etiam in beatitudinis domicilio eternum gloriosi  
exultemus, id nobis prestare dignatur Agnus  
mitissimus ille Ise Parentis, & S. Agnetis inter-  
cessionibus inclinatus. Amen. Atque hisce me  
Tuae Charitatis precibus impense como-  
mendari discupio Ex Museo nostro

B. V. M. ad 7. dolores prope  
Grupnam 16. Octob.

1638.



altera.

*Alterarum vero hac est series.*

DILECTISSIME IN  
CHRISTO FRATER.

PAX D. N. IESU CHRIS-  
TI, cum perenni fide  
& favore B. V.  
MARIAE

**Q**uod Charitas vestra, inter tot periculo-  
rum occasiones, contagiosa saeviente lue,  
sine periculo incolumis evaserit, divinae profusus  
providentiae fuit, non aliter atque tres illi in  
fornace Babylonica, estque magno argumento,  
Deum Charitatem vestram, ad Maiorem refer-  
vatam voluisse coronam, quam egregie tunc  
Charitatis officijs, velut alter Tobias coepit com-  
parare, & cumulare. Non dubito crebrius in-  
mentem venisse, in ipsis angoribus, & mœrori-  
bus, atque adeo laborum Molestijs, illa Christi  
D. Matt. 25. 40. Quamdiu fecistis vni ex  
his Fratribus meis minimis mihi fecistis.  
Ita ipse Iudex, & remunerator meritorum, sibi  
facta docet, quae ex charitate Fratribus presta-  
mus.

mus, quam pro exigua opera nostra praemium am-  
plum redditurus est, totum caelorum regnum, ip-  
sum denarium, aeternam gloriam, ac vitam sine  
fine Bearam. Quis potest Immensum illud gla-  
ria pondus capere, quod levis in hac vita, &  
momentanea molestia seu tribulatio operatur?  
2. Cor. 4. 17. Pondus hoc inclinavit cor Regis,  
ad constanter, & fideliter Deo serviendum Psal.  
118. 112. Item illius mentem, qui filius regius  
habitus, maluit affligi in hisce exilij aerumnis,  
cum Dei populo, quam lautè ac delicatè in Prin-  
cipis regia vivere, anteponens Christi Domini  
prudenter improperium, thesauro Aegyptio-  
rum Hebr. 11. 24. 25. 26. Videntur mihi  
Moses, & David attente perpendisse pactum  
illud, quo Deus homines in suam, ab exordio  
Mundi, quod est primo Mane usque ad 11. Ho-  
ram Matth. 20. 1. Conduxit vineam & certè  
nisi pactum illud, seu conventio interveniret:  
non videtur omnis totius vitae nostrae, seu diei la-  
bor. quo aestus, & pondus toleratur in vinea,  
denarium mereri. Hoc est quod olim pronuntia-  
vit regius vates. Psal 16. 4. Propter verba la-  
biorum tuorum, ego custodi vias duras. Non  
diffiteor, vias nostras, quas Deus perpetuo consi-  
derat, atque dinumerat Job 13. 4. Asperas esse,  
& leves, molles faciles, reddit mercedis amplif-  
sima promissio. Haec pendus diei, & aestus, haec  
sudores levat, abstergit, temperat, an non  
& impij molestas currunt vias, qui rebus coronati,  
vino


vinopretiosis & unguentis delibuti, omnia lux-  
uria prava pertranseunt, seseque mutuis illeris  
inuitant, tanquam vituli, ad omne genus flagi-  
tiorum sap. 2. 6. 7. 8. 9. Id sera licet, vera  
tamen, & perennis testatur lamentatio. Sap. 5.  
7. Lassari iumus in via Iniquitatis, & per-  
ditionis, & ambulavimus vias difficiles, vi-  
am autem Domini ignoravimus. Transie-  
runt illa omnia tanquam umbra &c. Igi-  
tur aliorum damno cautiores, ita firmiter statu-  
mus. si pugnandum est in hac vita, pro aeterna  
pace certetur. Si laborandum, pro quiete aeter-  
na laboretur sicuti enim illius pax, ita huius  
quies finis est. Quid improbi & scelerati,  
suis contentionibus mercati sunt? sempiterna  
supplicia suis lusibus, levitatibus, voluptati-  
bus, risibus, perennes, lachrymas, mero-  
res, luctus, flectus, flammam; Extrema gau-  
dij luctus occupat, omnia Mundi gaudia ver-  
gunt in lamenta. Contra brevis in hac vita  
Iustorum flectus, dolor, luctus, in perpetuum  
gaudium, risum, voluptates purissimas cessa-  
verunt. Ita Christus Dominus abiturus  
Apostolos consolatur Ioan. 16. 20. 21. 22. Pro-  
fecto nisi hanc viam duram, ante ipse noster  
Magister, & caput irivisset, nosque ad se-  
quendum exemplo tam illa stri docuisset multos  
eius asperitas deterrere possit. Sic legitur  
Luc. 24. 25. Hec oportuit Christum pati, &  
sic introire in gloriam suam. Nunquid servus  
maior

DECLARATIO  
APPROBATIONIS.

**E**GO infra scriptus in presentium  
contestor, me, cum essem Præposi-  
tus Provinciæ Soc. Iesu in Bohemia,  
dedisse facultatem, ut Vita P. CHA-  
NOVSKI, à P. Iohanne Tanner Soc. e-  
iusdem conscripta, & à censoribus ad  
hoc deputatis ritè recognita, impri-  
meretur cum Vestigio Bohemiæ piæ  
ab eodem P. CHANAVVSKY conscripto;  
quò etiam pertinet narratio de P. Fri-  
derico Huneken: atque ista, tanquam  
ad vitam illam spectantia, nomine Vi-  
tæ comprehensa voluisse. In quorum  
fidem mea manu subscripsi, & Colle-  
gij mei Sigillum appressi. Ingolstadii  
27. Martij 1659.

*Henricus Lamparter*





E R R A T A.

Pagina 3. v. 20. Urbano Papa VII. lege  
 VIII. v. 21. anno 1651. l. 1631. Pag. 8.  
 v. 18. Kotavoz lege Kotavez. v. 20. Kotave-  
 zorrel. Kotavozorre. Pag. 9. v. 16. & 26. Do-  
 zuz lege Dozycz. Pag. 10. v. 7. & 8. Kooz de  
 Dobefs. lege Koez de Dobefs. Pag. 13. v. 13.  
 verane verumne. Pag. 15. v. 5. & tam admi-  
 rando & admirando. Pag. 21. v. 13. Extorfa  
 extorta. Pag. 21. v. 16. Doticium Dozicium.  
 P. 30. v. 12. Crebum Erebum. P. 32. v. 10. ho-  
 nore horrore. v. 17. Rathouiez Kathoviez.  
 P. 33. v. 13. Accepisset accepissent. v. 14. Ca-  
 tholicis Catholico. Pag. 42. v. 22. Vulgatam  
 vulgatum. P. 49. v. 14. induerit indueret. v.  
 22. & hoc motivo hortabatur & hoc motivo.  
 P. 50. v. 19. quos quas. P. 58. v. 6. Exorabi-  
 lis inexorabilis. v. 11. Imperabat impetra-  
 bat. Pag. 59. v. 3. Paroxismos paroxismis.  
 Pag. 61. v. 6. quidem quidam. Pag. 67. v.  
 23. se suo. v. 22. Docij Docy. Pag. 70. v. 11.  
 vilis ullis. P. 73. v. 1. tes innuentes. P. 75. v.  
 14. ferebat feriebat. Pag. 18. v. 8. salte saltè  
 Pag. 83. v. 23. reluctand reluctanti. Pag. 87.  
 v. 1. excicandis exsiccandis. Pag. 90. v. 2. pu-  
 blice publicè. Pag. 96. v. 5. mores mares. v. 11.  
 convenit convertit. Pag. 97. v. 23. Idocuit E-  
 docuit. Pag. 101. v. 6. mortificationem morti-  
 ficationum. v. 8. 41. sulij 4. julij. v. 27. omni-  
 num omnium. P. 102. v. 2. tuo quo. P. 110.  
 v. 3. quarum quatuor. P. 114. v. 3. ut ita. P.

119.v.16. & jam etiam. P. 120.v. 17. ullis vi-  
lis. P. 123. v. 8. exorabilis inexorabilis. ib.  
omnio omnino. P. 128.v.4. contempuit con-  
tempfit. P. 136.v. 3. zparsky zdiarsky. v. 11.  
primarium primariam. P. 137.v. 14. Domi-  
nus Domino. P. 139.v. 17. stredoninij stre-  
donij. P. 145.v. 5. habebant habeant. ib. O-  
selez Oslez. P. 147.v. 23. Bressicij Pressticij.  
P. 149.v. 22. oppertune opportunè. P. 151.v.  
5. corruscus petere coruscus peteret. v. 21. sed  
quandoque: quandoque. P. 155.v. 1. Kutinus  
Kuztiny. v. ultimo. Protismin ProtiWin. P.  
156.v. 2. Raufat Raufar. P. 167.v. 10. cū voca-  
tos convocatos. P. 158.v. 3. divexerat dive-  
xaret. P. 161.v. 19. vir Primus vir Primas. P.  
164.v. 4. Rzicxam Rzicxan. P. 165.v. 13.  
Curici Henrici.

Maior Domino suo? aut discipulus super Magistrū  
Mat. 10. 24 Ioan 13. 16. Atque hac de causa duo  
illa lumina mundi. & Apostolorum Principes,  
nos ad Christum, ceu vivum exemplar, idem-  
tidem contemplandum ablegant Hebr. 12. 2.  
Per patientiam curramus ad propositum no-  
bis certamen, aspicientes in Authorem fidei,  
& consummatorem Iesum, qui proposito sibi  
gaudio sustinuit crucem, confusione contemptū  
adlitque ibidem insigne calcavit: atque in dex-  
tera sedis Dei sedet. In divinum pramium  
quo nos omnes invitatur ipse sedens, ne fatigemur  
animis nostris deficientes v. 3. Qui vicerit da-  
bo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego  
vici, & sedeo cum Patre in throno eius Apocal.  
3. 21. Ad idem propositum alter Apostolus nos  
hortatur. 1. Petri 2. 21. Christus passus est pro  
nobis vobis relinquens exemplum, ut sequamini  
vestigia eius, efficacius quam verba edocent  
exempla, idcirco etiam 1. Petri 4. 1. additur:  
Christo igitur passo in carne, & vos eadem co-  
gitatione armamini, id est consideratione. Fi-  
denter dico, si Electi Dei in regione cœlesti do-  
lere possent, alia causa dolendi nulla esset, nisi  
quod non plus, pro eximio illo pramio aeterna  
beatitudinis laboris, & doloris, seu adversi  
hic tulerint, ac toleraverint, quia non sunt  
condigna passiones huius temporis, ad futuram  
gloriam qua revelabitur in nobis. Nullus la-  
bor durus, nullus dolor gravis, quo, beata

\*\*\*

Emio

emittitur aeternitas, Rectè igitur S. Franciscus,  
ut de eo scriptor Franciscanus prodidit, S.  
Bonaventura: Tanta est gloria quam in  
Cælis expecto, ut omnis me dolor, afflictio,  
morbus, persecutio, tribulatio &c. deleat.

Hoc nostrum, dum peregrinamur à Domino  
2. Cor 5. 7. solatium esto, ut certò speremus,  
tantò gloriosiores, latiores, beatiores, nos in cæ-  
lis futuros: quantò hic arumnosiores, afflictio-  
res, despectiores. Qui enim humiliatus fuerit,  
erit, in gloria Iob. 22. 28. Prov. 29. 23. Ter-  
ret labor, dolor, respice pramium, verumque  
mitigabit, abstergetque.

Fusus ac longius lapsus, nunc vela contra-  
ham, que non tam alienâ, quàm propriâ ex-  
pandi causa. Veniam vestra Charitas stylo da-  
bit verbosiori, & ut imprimis, qua' hic conte-  
xui primus exequar, suis apud DEVM preci-  
bus mihi vestra Charitas impetrabit. Et  
nostra sede ad 7. dolores B. V. Grupna 26 Fe-  
bruarij anno 1629.

Charitatis Vestre

Servus in Christo


Fridericus Hüneken. S. J.


Mori-

Moriturus P. Fridericus visus est illa-  
chrymari, quod Katerbergæ (ubi olim  
nullum invenerat Catholicum) nunc vnum  
ad huc relinqueret hominem hæresi infe-  
ctum, qui etiam duabus jam prius vicibus  
ad lupos Apostata redierat. Sed hic ipse  
vir, cum alius quidam Societatis nostræ,  
ei præter alia, etiam has P. Friderici pro  
eo sub ipsam mortem fusa lachrymas  
proposuisset ad Ovile Domini,  
est paullò post, non sinè alio-  
rum solatio reuersus.

A. M. D. G.











u  
c  
t  
n  
s  
b











u  
o  
t  
n  
s  
b

entleha: s: ut  
egator fidel  
ut ~~in~~ in  
et doctrinam  
verbo ut signa  
s: una spene  
cat **C**oncluse

tes  
**E**n  
dite  
est di  
aut  
est:  
m

Handwritten text on the top part of the book cover, including the name "Berthi" and the number "25".

IOB INIQU

in die

in die ut

ingressus e

infans de

Red.  
37

Th  
2563